MASTER NEGATIVE
NO. 93-81373-12

AUTHOR:

MORAWSKI, FELIX

TITLE:

DE GRAECORUM POESI AENIGMATICA; ...

PLACE:

MONASTERII

DATE:

1862

Master Negative #

93-81373-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

 Morawski, Felix
De Graecorum poesi aenigmatica; dissertatio philologica quam... defendet Felix Morawski... Monasterii, ex typographia Regensberg, 1862.
82 p. 22 cm.

Thesis, Münster, 1862.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 5-4-93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

DE

GRAECORUM POESI AENIGMATICA.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XX. MENSIS DECEMBRIS A. MDCCCLXII.

PUBLICE DEFENDET

FELIX MORAWSKI,

PRESB. CULM.

MONASTERII,

EX TYPOGRAPHIA FRID. REGENSBERG.

MDCCCLXII.

PRAEFATIO.

Inter minora carmina, quæ Græci præ ceteris diutissime excolebant, pertinent ænigmata. Inde enim ab antiquissimis temporibus hoc genus poesis exortum per totum temporis decursum usque ad interitum regni Byzantii in usu erat variaque pro temporis conditione pullulabat propagine. Nimirum haud multi e melioribus poetis reperti sunt, qui huic poesi se darent, quæ aliquid abditi et abstrusi in se habet, nec tam fere signum est florentis quam aut incipientis aut in deterius labentis culturæ et poesis, siquidem poetæ cum immodico quodam amore ad hanc poesim animum appellunt: eo plures autem posteriore ætate, quum sensus pulcri et venusti evanuisset, exstiterunt, qui ænigmatis excogitandis et conscribendis operam navarent. Etenim Græculi posterioris temporis, quum divina illa vis, quæ antiquos poetas agebat, exstincta esset, cum cupiditate quadam ad minuta carmina sese accingebant, omnesque res etiam vilissimas poetica forma exornare studebant. Quid mirum, quod etiam ad illud abditum poesis genus se converterent, præsertim quum eiusmodi specimina e vetere tempore exstarent, quæ imitari possent, et usus quotidianus inter cœnandum ænigmatis se oblectandi ad hanc poesim quasi invitaret vocaretque. Præterea poesis hæc brevitate se commendabat et poetæ laudem magnam apud æquales parabat, quum illis temporibus argutiæ et captiunculæ pro doctrina et eruditione venirent. Nec tamen propterea tota hæc poesis parvi est facienda; namque exstant haud pauca ænigmata antiquioris ætatis omni venustate et elegantia plena: neque ipsa posteriorum eiusmodi poematia omni pulcritudine destituta sunt, quandoquidem cum nimia quadam diligentia et cura ad grammaticæ et metricæ leges sunt composita.

Relicta sunt huius poesis carmina (exceptis iis, quæ versu politico composita nondum omnia excusa sunt [1]) fere septuaginta, quorum maxima pars in anthologia codicis Palatini lib. XIV. inde a pagina 615. seq. et in Athenæi lib. X. inde a pagina 448. seq. invenitur, cetera per variorum auctorum libros disiecta nondum in unum corpus collata sunt. Namque qui e recentioribus in colligendis veterum ænigmatis aliquam operam posuerunt:

Lil. Greg. Gyraldus in «libello in quo pleraque antiquorum ænigmata explicantur» op. tom. II. p. 610. sq.,
Cœlius Calcagninus epist. quæst. lib. III. op. p. 44.,
Cœlius Rhodiginus antiqu. lect lib. XXVIII. c. 4.,
Jac. Pontanus in dialogo, qui inscribitur ænigmata,
Conr. Ritterhusius, qui ænigmata veterum poetarum Græcorum Latinorumque collegit ad calcem Phædri Lugd. Bat. 1598.,
Nicol. Reusnerus in ænigmatographia Francof. 1599. iterum 1602.,

rem ita tractarunt, ut potius specimina huius poesis exhiberent quam omnem ænigmatum farraginem colligerent. Nec Brunckius in analecta poetarum Græcorum (Argent. 1776.) omnia ænigmata recepit, quod nec eius consilium fuit, quum ex utraque anthologia id tantum congerere vellet, quod optimum sibi videretur [2]).

De Græcorum ænigmatis inter antiquos Clearchus Solensis, peripateticus, Aristotelis discipulus, disputavit in libello «de griphis», quibus ænigmata substituit et hanc poesim exemplis illustravit. Libellus hic non tulit ætatem, specimina autem haud pauca ex eo servavit Athenæus lib. X. p. 448. seq. Liber hic Clearchi in duas partes distributus esse videtur [3]) Athenæus enim duos diversos titulos affert: p 448. C laudat librum *περὶ γρίφων*, et p. 457. C ex *τῷ ὅρῳ* verba citat; diversos hos esse libros non est verisimile, id enim Athenæus significasset, quapropter non est spernenda Casauboni sententia putantis librum, cui titulus præfixus erat *ὅρος*, i. e. *ὅρος γρίφων*, fuisse priorem partem libri et griphorum naturam et compositionem tractasse,

---

1) Cfr. Fabric. bibl. Gr. XI. p. 698. (ed. Harl.)
2) Cfr. Jacobsii proleg. ad anthol. Gr. I. 1. p. CLXIX. seq.
3) Cfr. Casaubonus ad Athen. X. p. 453. E.

alterum autem inscriptum *περὶ γρίφων* de variis griphis generatim egisse.

Quamcunque laudem Clearchus alia ex parte sapientia et doctrina sua assecutus est [1]), in hac ænigmatum doctrina nomini suo non satisfecit; quæ enim ex eius libro apud Athen. l. c. servata leguntur, ea potius ineptum quendam hominem quam philosophum ostendunt peripateticum. Sed fortasse in Athenæum, eius compilatorem, culpa est transferenda, qui stolida et Clearcho indigna ratione libellum compilavit.

Præter Clearchum neminem veterum novimus, qui poesim hanc singulari opere illustrasset. Haud dubie tamen Diotimus Olympenus, Athenæi æqualis, homo aliunde ignotus, quæstionem hanc in sua de Cleobulinæ Lindiæ ænigmatis disquisitione tetigit [2]).

Inter recentiores nemo, quantum scio, peculiari scriptione Græcorum ænigmata tractavit, quapropter operæ pretium facturus videor, si ad illustrandam hanc poesim, quantulumcunque est, afferam, quod quidem hanc quæstionem non absolvet utpote lubricam multisque difficultatibus implicatam, at vero ei, qui maiore ingenio et doctrina instructus aliquando ad solvendam hanc quæstionem accedet, viam expediet et minus molestam reddet. Fortasse etiam opusculo hoc, in quod omnia Græcorum ænigmata, quæ in variis libris circumferuntur, congerere volo, saltem ex parte inopiæ reipublicæ literariæ, quæ dudum collectionem ænigmatum Græcorum desiderat, succurram. Singulis ænigmatis, quantum quidem fieri potest, interpretationes subiungam, in quibus ea, quæ viri docti ad intelligenda hæc poematia attulerunt, a me adhibita esse lubenter profiteor.

---

1) Cfr. Leutschii praef. paroemiogr. Graec. p. III. seq. — 2) Cfr. Athen. X. p. 448. B.

Pars I.

Prolegomena in Græcorum ænigmata.

Ut quæstio nostra bene procedat, primum de vocabulis, quibus veteres ænigmata significabant, nobis dicendum est, quippe quæ lucem afferant notioni ipsi et ostendant quomodo veteres iisdem vocabulis res maxime varias et ab ænigmatis prorsus diversas nominare potuerint. Maxime autem usitata vocabula in hac causa sunt *αἴνιγμα* et *γρῖφος*.

1. *αἴνιγμα* (*αἰνιγμὸς*) ab *αἰνίσσεσθαι*, quod cum voce *αἶνος* cohæret [1]), primitus obscurum et involutum sermonem significat, quapropter etymol. magn. s. v. *αἴνιγμα· παραβολὴ, ἢ ὁ δεινὸς καὶ σκοτεινὸς λόγος· παρὰ τὸ αἰνίσσω, τὸ ἐν παραβολῇ λέγω· τοῦτο παρὰ τὸ αἶνος.* Vox *αἴνιγμα* igitur cum voce *αἶνος* non solum eandem habet originem, sed eandem fere significationem, nam et fabula nihil aliud est nisi involuta et obscura rei cuiusdam enarratio. Hanc ob rem etiam iisdem vocabulis ænigma nominatur, quibus fabula: *αἶνος*, *λόγος* ut mox videbimus. Deinde *αἴνιγμα* significat quæstiones illas breves, involucris tectas, quas Græci ad exacuendam mentis aciem vel animi causa præsertim inter cœnandum sibi proponebant. Primum legitur vox *αἴνιγμα* ap. Pindar. fragm. 165 et quidem altera huius vocis significatione: *αἴνιγμα ἐξ ἀγριᾶν γνάθων παρθένου* (de Sphingis ænigmate) et ap. Aeschyl. Prometh. 611. (ed. Herm.) Agamem. 1071. (ed. Herm.), licet dubitari non possit, quin vox *αἴνιγμα* perantiqua sit ut vox *αἶνος*, quæ iam legitur ap. Hom. Odyss. XIV. 508. Hesiod. op. 200.

Propter pristinam *αἰνίγματος* significationem vox hæc latiore sensu de variis rebus dicitur, quarum sensus abditus est nec facilis cognitu: quare in Aeschyl. Agam. 1071 (ed. Herm.) vaticinia Cassandræ *αἰνίγματα* vocantur. — Sophocl. O. R. 1095.

---

[1]) Cfr. Creuzer. symb. I. p. 76. (ed. II.)

(ed. Herm.) in fragm. 707. Aristoph. equit. 196. hanc vocem de oraculis usurpant. Clearch. ap. Athen. X. p. 452. D, Plutarch. de educ. c. 17. Schol. Plat. Phædr. p. 379. (ed. Bekk.) Jamblich. Pythag. p. 60. 206. Pythagoræ symbola nominant *αἰνίγματα*. Sæpius *αἴνιγμα* opponitur *τῷ ἁπλῷ λόγῳ* ut Aeschyl. Prom. 611. 834. 951. (ed Herm.) Plat. rep. I. p. 332. B, Eurip. Rhes. 754. (ed. Dind.) Apud Aristoph. ran. 61. *δι' αἰνιγμῶν ἐρέσθαι* per imaginem loqui significat; Cic. ad Attic. 2. dicit *ἐν αἰνίγμασι*, quæ obscure et quasi per signa sunt scripta. Pausan. VIII. 2. Clem. Alex. strom. p. 737. (ed. Potter.) symbolicam et metaphoricam antiquissimorum Græcorum doctrinam ænigmata nominant. Ex allatis vocis *αἰνίγματος* variis significationibus satis cognoscitur non omnia ea, quæ auctores Græci nominant ænigmata, vera esse ænigmata

2. *γρῖφος* (etiam *γρῖπος* cfr. etymol. magn. s. v.) [1]) proprie significat rete vel sagenam piscatoriam [2]), deinde omnem rem tortuosam et cum Latinorum voce sirpi vel scirpi commode comparari potest. De quo Jos. Scaliger in coniect in Varr. IV. p. 60. « quæstiones obscuræ sirpi olim Latinis, Græcis vero *γρῖφοι* dicebantur, quod ut *γρῖφοι* erant *πλέγματα ἁλιευτικὰ* ex sirpo, ita etiam ex sirpis nassæ piscatoriæ, quæ dicebantur sirpiculæ ut Plauto, Lucilio et Propertio. Itaque improbe fecerunt, qui ap. Gellium XII. 6. ex sirpis scrupos fecerunt »

Lata vocis *γρίφου* significatio causa est cur Clearchus in libello suo de griphis diversissimas inter se res comprehendere potuit, griphis non solum ænigmata, symbola Pythagoræ, oracula annumerans, sed difficilia illa et artificiosa carmina Lasi, Calliæ, aliorum; cfr. Athen. X. p. 453. C. seq.

Posteriore demum ætate potissimum quæstiones convivales griphi nominabantur. Cfr. h. dissert. p. 8.

Non igitur est necessarium cum Casaubono ad Athen. X. p. 448. B accipere Clearchum alienas materias in libello de griphis tractasse, nam haud dubie Clearchus in hoc libello non de solis quæstionibus convivalibus sed in universum de tortuosis

---

[1]) *γρῖφος* non *γρίφος* ut posteriores habent (cfr. Steph. thes. lingu. Gr. s. v.) esse scribendum elucet ex Antiph. versu ap. Athen. X. p. 449. A:
τοῦτ' ἔστιν· ἦν θ' ὁ γρῖφος ἐνταῦθα ῥέπων.

[2]) Cfr. Pollux VI. 107. X. 132. (ed. Bekk.)

et artificiosis dictionibus et carminibus disseruit, ad quæ etiam ænigmata pertinent.

Aenigmata *γρῖφοι* nominantur ab Aristophane vesp. 20. ab Antiph. in Cnœth. ap. Athen. X. p. 448. F, ab eodem in Problem. ap. Athen. X. p. 450. D, a Plutarcho in Gryllo p. 108. tom. X. ed. Reisk.

Grammatici posteriores inter ænigma et griphum varias statuerunt differentias. Pollux VI. 107. hanc inter utramque vocem affert differentiam: ænigma lusum tantum habere et iocum, griphum etiam studium et curam, *τὸ μέν (αἴνιγμα) παιδιὰν εἶχεν, ὁ δὲ γρῖφος καὶ σπουδήν*; cui distinctioni etiam Clearchus ap. Athen. X p. 457. C favere videtur, quum dicat: *τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ἐστί· καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας* (eruditionis) *ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο*, licet parum sibi constans p. 448. C in definitione griphi *τὸν γρῖφον πρόβλημα ἐπιπαιστικὸν* nominaverit. Attamen hanc distinctionem apud auctores minime observatam esse cognosci potest. Plato de repub. V. p. 479. C sirpum illum de eunucho et vespertilione (cfr. h. dissert. p. 73.) vocat *αἴνιγμα*, quem Clearchus ap. Athen. X. p. 452. C griphum nominat. Apud eundem p. 449. D, E Alexidis ænigma de somno primo griphus vocatur et paulo post ænigma. Plutarch. in Gryll. (ap. Reisk. tom. X. p. 108.) Sphingem nominat *αἰνίγματα καὶ γρίφους πλέκουσαν*, quamvis unum illud notum ænigma respiciat. A Diogene Laert. I. 91. Cleobuli in annum sirpus ænigma nominatur, licet nullum iocum in se habeat. Idem dicendum est de Sphingis ænigmate, quod Pindar. fragm. 165. Sophocl. O. R 130. Apollod. III. 5 8. ænigma vocant, quum rursus *γρῖφος* de rebus maxime ludicris et ineptissimis usurpetur, ut ap. Aristoph. vesp. 20. seq.

οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος.
πῶς δή, προσερεῖ τις τοῖσι συμπόταις λέγων,
ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ
κἀν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα [1])

Ergo distinctio Pollucis inter griphum et ænigma, siquidem ad veteres refertur auctores, infelix est inventum grammaticum.

Alii alias distinctiones sibi finxerunt: etymol. magn. p. 241. 37.: *γρῖφος οὖν λέγεται τὸ δύσλυτον αἴνιγμα*; Schol. Aristid. p. 508.

---

[1]) Ex edit. Dindorf.

(ed. Dind.) hanc differentiam statuit: *γρῖφος δέ ἐστιν οὐχ ὡς ἔνιοί φασιν ταὐτὸν τῷ αἰνίγματι. διαφέρουσι γάρ ὅτι τὸ μὲν αἴνιγμα ὁμολογεῖ τις ἀγνοεῖν, τὸν δὲ γρῖφον ἀγνοεῖ δοκῶν ἐπίστασθαι, οἷον αἴνιγμα μέν ἐστι τὸ Τί τρίπουν, τί τετράπουν, ἐνταῦθα δῆλον τὸ ἐρώτημα· γρῖφος δὲ οἷον Ἕκτορα τὸν Πριάμου Διομήδης ἔκτεινεν (ἔκτανεν) ἀνήρ· Ἐνταῦθα δοκεῖ μὲν εἰδέναι τὸ ῥηθὲν, ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Διομήδης ἀνὴρ ἦν ὁ Ἀχιλλεύς· ἐκείνην γάρ ἔσχε μετὰ τὴν Βρισηΐδα.*

Ineptas has distinctiones seria ratione redarguere ridiculum esset. Quid igitur, nulla differentia inter ænigmata et griphos intercedit? Antiquissimis temporibus nullam differentiam inter utramque vocem fuisse iam ex iis, quæ ad Pollucis distinctionem diximus, elucet. Aliter res se habuit posterioribus temporibus. Posteriorum enim quæstiones convivales plerumque, quamvis plenæ essent ineptiis et sæpissime res ludicras tractarent, speciem doctrinæ præ se ferebant [1]); iam has quæstiones ætas posterior griphos *κατ' ἐξοχὴν* nominasse videtur, quum poematia illa minora, quæ prorsus in iocum et ludum abierant, ænigmata nominarentur. Hanc ob rem ap. Gell. I. 2. sophistarum captiones, quæ inter cœnandum proponebantur griphi vocantur, hanc ob rem Suidas s. v. *γρῖφος* interpretatur *γρῖφον τὸν δύσκολον καὶ συμπεπλεγμένον λόγον;* Hesychius *τὴν συμποσιακὴν ζήτησιν αἰνιγματώδη.* Si igitur grammatici in constituenda differentia inter ænigma et griphum suæ ætatis consuetudinem respexerunt, distinctiones hæ agnosci possunt, scriptoribus classicis qui vocantur hæ differentiæ erant ignotæ.

Afferri hic potest eadem plane ratione a posterioribus pro voce *γρῖφος* similia vocabula poni, ut *τὸ δίκτυον* et *ἡ ἄρκυς.* Cfr. Schol. Luciani in vitar. auctor. §. 14. p. 97. (ed. Bipont.) Creuzer. meletem. p. 86.

Præter hæc maxime usitata vocabula alia quoque hic illic de ænigmatis adhibentur.

Septuaginta Hebræorum ænigmata vertunt *προβλήματα*; Josephus ea *λόγους* interpretatur [2]). Cfr. Casaub. ad Athen. p. 448. C.

---

[1]) Cfr. h. dissert. p. 55.

[2]) *Λόγος* differt a *μῦθος*, teste Maximo Tyrio dissert. 36, ut fabulam significet consideratam et deliberatam, commode igitur etiam ænigmata, quæ consulto ambagibus et circuitionibus exornantur, *λόγοι* nominari poterant.

In certamine Homeri et Hesiodi (in Göttling. Hesiod. ed. I. p. 244.) et ap. Plutarch. in conviv. sept. sap p. 583. ed. Reisk. tom. VI.) ænigmata *ἀπορίαι* i. e. difficiles quæstiones nominantur.

A posterioribus vox *αἶνος* eodem sensu quo *αἴνιγμα* vel *γρῖφος* ponitur, quapropter Theo grammaticus, qui vixit circa a 380. p. Chr. (Prog. *περ. μύθ.*): *νῦν μέντοι καὶ τὰ αἰνίγματα αἴνους τινὲς καλοῦσι.* Suidas s. v. *αἶνος* vocat illud de eunucho et vespertilione ænigma *αἶνον;* ap. Brunck anal. III. p. 308. [1]). Vox *αἶνος* enim primarie edictum sapientiæ significabat, unde apte de quavis sententia et oratione didactica dici poterat [2]); accurate igitur Theo l c *αἶνος δὲ ὅτι καὶ παραίνεσίν τινα περιέχει· ἀναφέρεται γὰρ ὅλον τὸ πρᾶγμα εἰς χρησίμην ὑποθήκην.* Cfr Scalig poetic. III. c. 83. (p. 319. ed. IV.), Creuz. symb. I. p. 75. (ed. II.).

Pollux VI. 108., qui ipse ænigmata vocat *ζητήματα κυλίκεια* quod inter pocula proponebantur, narrat Theodectem Phaselitam ænigmata vocasse *μνημόνια ζητήματα*, quod artem mnemonicam profiteretur: *Θεοδέκτης δὲ ὁ σοφιστὴς εὐδοκιμήσας ἐν αὐτοῖς, ἐπεὶ καὶ μνημονικὸς ἦν, μνημόνια αὐτὰ ἐκάλεσεν.* Mihi videtur Theodectes hac nominatione significasse unam tantum ænigmatum classem, nempe illam qua memoria (*μνημοσύνη*) et rerum notitia explorabatur [3]), distinguens eam ab ænigmatis, quibus iudicium et acumen probabatur, quæ ap. Athen. p. 453. B *λογικὰ* nominantur.

Teste Eustathio ad Odyss. p. 1634. Epicharmus quæstiones ænigmaticas nominabat *λόγον ἐν λόγῳ* ad significandam tortuosam et abditam in illis sententiam *διὰ τὸ ὡς ἐν αἰνίγμασι ἄλλον μὲν εἶναι τὸν λαλούμενον λόγον, ἕτερον δὲ τὸν νοούμενον.* Eodem loco alia posteriorum vocabula, quibus tortuosæ quæstiones nominabantur, exponuntur uti *σχέδη, γρῖφοι σχεδικοὶ, νοήματα κτλ.* Cfr. Stephan. thes. Gr. ling. s v *γρῖφος.* Hactenus de nominibus, nunc ad definiendum ænigma et explicandam eius vim et naturam accedamus.

---

[1]) Cfr. Grauert de Aesop. p 85. Faesii annotatio ad Odyss. XIV. 508.

[2]) Cfr. Hom. Odyss. XIV. 508. Hes. op. 200. Archil. fragm. 59. Theocr. 14. 43.

[3]) Haud dubie haec mnemonica aenigmata illa sunt quorum exempla affert Athen. X. p. 457. E seq. Cfr. huius dissert. p. 19.

Apud grammaticos Græcos frustra iustam definitionem ænigmatis quærimus, quas enim afferunt explicationes, eæ latius huius vocis significationem extendunt, magisque accommodatæ sunt sermonibus illis convivalibus, qui posterioribus temporibus in usu erant. Ita Clearchus ap. Athen. X. p. 448. C ænigma definit (definitionem enim ænigmatis non griphi in latiore sensu sumpti eum proferre velle ex nexu verborum sequitur) *πρόβλημα ἐπιπαιστικὸν προστατικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον.* Recte Casaubonus ad h. l. hanc definitionem uti *πλοκὴν* verborum omnis subtilitatis et *ἀκριβείας* expertem nec dignam philosopho peripatetico vituperat. Huic enim definitioni ænigmatis substitui possunt omnes ludicræ quæstiones, quæ nihil commune cum ænigmatis habent. Idem de definitionibus aliorum grammaticorum valet, sive eorum ænigmatis sive griphi explicationem respicias. Ita habet etym. magn. s. v. *αἴνιγμα· παραβολὴ ἢ ὁ δεινὸς καὶ σκοτεινὸς λόγος.* Hesych. *αἴνιγμα· ζητήματα, ὁμοιώματα, τεκμήρια.* Idem s. v. *γρῖφος· τὸ δίκτυον καὶ συμποσιακὴ ζήτησις αἰνιγματώδης.* Schol. ad Aristoph. vesp. 20.: *γρῖφοι τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις προβαλλόμενα αἰνιγματώδη ζητήματα.* Suid. s. v. *γρῖφος· γρῖφος λέγεται ὁ δύσκολος καὶ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον.*

Omnes allatæ definitiones iusto latius significationem ænigmatis extendunt; quum autem in omni disputatione definitio necessaria sit, ut melius res perspiciatur, de qua disputatur, necesse est diligentius inquiramus veterum ænigmatum naturam et deinde a posteriore ut dicitur definitionem constituamus.

Bene observat G. J. Vossius instit orat. lib. IV ex grammaticorum ænigmatis definitionibus hoc saltem sequi, nihil in ænigmate vitiosius esse perspicuitate. Ergo quæritur quomodo obscuritas comparata esse debeat, ut ænigma constituatur, nam non quævis oratio obscura est ænigma. Grammatici Latini, qui maiore iudicio quam Græci posteriores quum de aliis quæstionibus tum de ænigmatis disputant, ænigmatum obscuritatem finibus allegoriæ circumscribunt, ut allegoria et ænigma differant tanquam genus et species. Diomedes (in Putschii gramm. Lat. p. 458) et Donatus (l. c. p. 1778.) ænigma aiunt obscuram esse sententiam per occultam rerum similitudinem enuntiatam, vel ænigma esse orationem obscuritate allegoriæ parum perspicuam.

Idem fere Quint. instit. VIII. 6., qui allegoriam obscuriorem ait dici ænigma.

Iam vero grammatici allegoriam, cui ænigmata substituunt, in strictiore aut in latiore sensu accipere poterant. Inquiramus utrumque. Allegoria strictioris sensus est tropi eiusdem imprimis metaphoræ per integram sententiam continuatio. Verum quidem est hunc tropum ad efficiendam obscuritatem aptissimum esse, at vero in ænigmatis prudenter et caute est adhibendus, ne nimis sententiam tenebris offundat. Aenigmata allegoriis composita nimia obscuritate laborant. Ex. gr. ænigma anth. cod. Pal. XIV. no. 14 de tibicine binas tibias inflante:

> *Εἷς ἄνεμος δύο νῆες, ἐρέττουσιν δέκα ναῦται,*
> *εἷς δὲ κυβερνήτης ἀμφοτέρας ἐλάει.*

valde implicatum est nec facile dissolvi potest. Item illud ap. Athen. X. p. 457. B:

> *Πέντ' ἄνδρες δέκα νανσὶ κατέδραμον εἰς ἕνα χῶρον,*
> *ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι·*
> *δίψῃ δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου.*

allegoricum est, cuius sensus adhuc non est apertus [1]).

Meliores Græcorum ænigmatographi nimiam hanc, quæ allegoriis inest obscuritatem bene cognoverunt, quapropter sæpius singula tantum verba obscurabant et in simplicibus tropis, in metaphoris, metonymiis et synecdochis vim ænigmatis ponebant. Sufficiat trium horum troporum singulum exemplum.

In ænigmate de applicatione cucurbitæ:

> *Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,*

in metaphorico usu vocis *κολλήσαντα*, auctore Aristotele rhet. 3. vis ænigmatis posita est [2]).

Exemplum metonymiæ (anth. cod. Pal. l. c. no. 21.):

> *Ἐς μέσον Ἡφαίστοιο βαλὼν ἑκατοντάνδα μούνην,*
> *παρθένου εὑρήσεις υἱέα καὶ φονέα.*

ubi Hephæstus metonymice pro igni dicitur. Explicationem huius sirpi v. h. dissert. p. 34.

---

1) Cfr. quae Vischerus de similitudine allegoriae et aenigmatis disputavit in aesthet. III. p. 1470.

2) Cfr. Casaub. ad Athen. X. p. 452. B.

Synecdochæ exemplum (anth cod. Pal. l. c. no 30.):

Κριὸν ἔχω γενετῆρα, τέκεν δέ με τῷδε χελώνη·
τικτομένη δ' ἄμφω πέφνον ἐμοὺς γονέας.

citharam significat, quæ partibus quibus composita est, nempe testa testudinis et chordis ex ovium intestinis, indicatur [1]).

Plerumque tamen omnes hi tropi simul et promiscue adhibentur, præsertim in longioribus ænigmatis. Exempla cuique in Athen. l. c. et anthol. cod. Pal. l. c. in promptu sunt.

Iam ex iis, quæ attulimus ænigmatum exemplis sequitur allegoriam strictiore sensu intellectam naturam ænigmatis non efficere, quum sæpius simplices tropi vim eius constituant: ergo quæritur an allegoria late sumpta, qua omnis translata et metaphorica dictio intelligitur, naturam ænigmatis efficiat, cui sententiæ et Aristot. de art. poet. c. 23. suffragatur, quum naturam ænigmatis in metaphora ponat, quam eodem modo sensu latiore intelligit, quo posteriores vocem allegoriæ, quam Aristoteles nondum nosse videtur [2]).

Singula si perlustramus quæ exstant ænigmata, in magna parte eorum nullam metaphoram, nullam translatam dictionem invenimus. In multis ænigmatis oxymoron, quod dicitur, sæpissimæ et quidem felicissime adhibetur. Oxymoron enim, quod speciem inauditi et falsi præ se fert et nihilominus verum continet iam hoc ipso acumine ad ænigma aptissimum est.

Ex. gr. in ænigmate de Nesso (anth. cod. Pal. l. c. no. 33.):

Τόν με κατακτείναντα κατέκτανον, οὐδέ μοι ἦδος·
θῆκε γὰρ ἀθάνατον τὸν κτάμενον θάνατος.

vis acuminis in oxymoro ut occisus Nessus Herculem occidat et ut mors immortalitatem efficiat versatur.

Aenigmata oxymoro constituta magnam habent suavitatem; ea oritur e contrariis, quibus natura delectamur et brevitate, quæ oxymoro inest. Aristoteles hoc bene perspexit, quum propriam vim ænigmatis in coniungendis iis, quæ coniungi non posse videntur, ponat. Dicit enim de art. poet. c. 22.: *αἰνίγματος γὰρ ἰδέα αὕτη ἐστὶ τὸ λέγοντα τὰ ὑπάρχοντα ἀδύνατα συνάψαι.*

---

[1]) Cfr. Jacobs. ad anal. Brunck. III. 2. p. 362. no. 31.
[2]) Cfr. Vossii instit. orat. IV. p. 202.

Fieri tamen potest ut in ænigmate neque allegoria neque figura, quale oxymoron est, inveniatur ac tamen optimo iure proposita quæstio ænigma vocetur. Difficultas et obscuritas quæstionis in re ipsa esse potest, sive quod abditam quandam scientiam exposcat, ut in anthol. cod. Pal. l. c. no 9:

Ἄνδρ' ἐμὸν ἔκταν' ἑκυρὸς, ἑκυρὸν δ' ἔκτανεν ἀνήρ,
καὶ δαὴρ ἑκυρὸν, καὶ ἑκυρὸς γενέτην.

in quo Andromache loquitur, quæ Hectoris et Neoptolemi coniux fuit Achilles interfecerat Hectorem, Neoptolemus Hectoris patrem, Paris Achillem (*δαὴρ ἑκυρὸν*), Achilles Etionem, Andromachæ patrem;

sive res quæruntur et secum coniunguntur, quæ non statim in promptu sunt. Huc præ omnibus pertinent illa ænigmata, quæ in lusu verborum et literarum versantur, ex. gr. anthol. cod. Pal. l. c. no. 35.:

Ἀνθρώπου μέλος εἰμὶ, ὃ γὰρ τέμνει με σίδηρος·
γράμματος αἰρομένου δύεται ἠέλιος.

ubi vocibus *ὄνυξ* et *νύξ* luditur.

Apte etiam vocabula varii sensus ad vim ænigmatis efficiendam adhibentur, ut anth. cod. Pal. l. c. no. 5.:

Εἰμὶ πατρὸς λευκοῖο μέλαν τέκος, ἄπτερος ὄρνις,
ἄχρι καὶ οὐρανίων ἱπτάμενος νεφέων·
κούραις δ' ἀντομένῃσιν ἀπενθέα δάκρυα τίκτω·
εὐθὺ δὲ γεννηθεὶς λύομαι εἰς ἀέρα.

ubi vis ænigmatis in voce «*κούραις* oculis» posita est, quæ vox etiam «puellis» significare potest et ita ambiguitatem admittit. Cfr. anthol. cod. Pal. no. 47. ubi vocibus *φώς* vir et *φῶς* lux luditur.

Ex modo allatis sirporum exemplis cognoscitur sententiam eorum, qui ænigma speciem allegoriæ explicant, sive eam strictiore sive latiore sensu intelligas, esse falsam. In quo igitur natura ænigmatis versatur, et quomodo definiri potest? Ex re ipsa elucet ænigmati, ut sit ænigma, occultationem quandam inesse debere, ne res quæ quæritur intelligatur priusquam nodus involucri resectus fuerit, deinde necesse est quæstione ipsa indicia quædam rei contineri ut res, de qua quæritur, intelligi possit. Duo igitur vitia in ænigmatis conficiendis fu-

gienda sunt, primum ne sententia nimis tenebris offundatur, secundum ne nimis sit perspicua. Summa igitur vis ænigmatum in apta et congrua coniunctione obscuritatis et perspicuitatis posita est, quæ quam difficilis sit nemo non videt. Aenigmata ad unguem exacta et omnibus numeris absoluta haud mediocre exposcunt ingenium ad inveniendam materiam et magnam artem in re apte disponenda. Sane ænigmata, quorum summa in abdita rerum scientia et in verborum aut literarum lusu versatur minorem exposcunt artem, quum sola rerum expositio ænigma efficiat. Quæ quum ita sint, ænigma definire possumus propositionem involucris occultam, quæ verisimilem rei imitationem in se habet, vel cum Bœckhio (explic. ad Pind. Pyth. IV. p. 279): ænigma est rei cuiusdam sive præcepti ingeniosa et obscura per circuitionem et ambages significatio.

Singula si respicis Græcorum ænigmata longe plurima ad omnes ænigmatis regulas, quarum summa in obscuritate et tamen sententiæ perspicuitate continetur, composita sunt. Sunt autem quæ magna obscuritate laborant, quorum sensus vix et ne vix quidem intelligi potest Alexandrini præ omnibus, quum in eiusmodi quæstionibus ad ostendendam *πολυμαθίαν* et *ἀνάγνωσιν* res abditas et exquisitas quærerent, sirpos maximis tenebris offundebant. Ex. gr. anthol. cod. Pal. l. c. no. 31.:

Οἴνου τὴν ἑτέρην γράφε μητέρα, καὶ θὲς ἐπ' ἄρθρῳ
ἄρθρον, καὶ πάτρην πατρὸς ἄκοιτιν ὁρᾷς.

cuius sensum primus Buttmannus intellexit et ita interpretatus est: prima pars ænigmatis exprimit verba ὁ μηρὸς, unde Bacchus genitus; addito articulo est ὁ Ὅμηρος, huius patria *Σμύρνα*, eadem ac *Μύῤῥα*, quæ cum patre concubuit [1]).

Alia ænigmata adhuc Oedipum exspectant ex. gr. anthol. cod. Pal. l. c. no. 42.:

Παρθένος εἰμὶ γυνὴ, καὶ παρθένου εἰμὶ γυναικὸς,
καὶ κατ' ἔτος τίκτω παρθένος οὖσα γυνή.

cuius ænigmatis sensus non constat [2]). Veruntamen profitendum est multa ænigmata antiquis dilucida et plana fuisse, quæ nobis

---

[1]) Cfr. Jacobs. ad anal. Brunck. III. 2. p. 363. n. 33.
[2]) Cfr. Jacobs. ibidem p. 364. no. 38.

maximis ambagibus obstricta et tenebris impenetrabilibus implicata esse videntur, id quod maxime de comicorum sirpis valet, quibus ætatis suæ homines, perversos mores, res gestas, alia flagellabant, quorum sirporum sensum, quum veterum explicationes desiderentur, nunc intelligere non possumus [1]).

Interdum ænigmata varium admittunt sensum et ad multas res transferri possunt, id quod bono ænigmati evenire non debet, nam ænigma certam quandam sententiam exprimat oportere omnes consentiunt. Ita griphus in Antiphanis Cnoethideo ap. Athen. X. p. 448. F

ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει;

poeta de eranis sive de convivalibus collectis intelligi vult, subiungens:

φέρομεν γὰρ ἄνθρωποι δέκα
ἔρανόν τιν', οὐ φέρει δὲ τούτων τὴν φορὰν
οὐδείς· σαφῶς οὖν ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει
τοῦτ' ἔστιν, ἣν θ' ὁ γρῖφος ἐνταῦθα ῥέπων. [2])

Sed bene observat Casaubonus ad h. l. sexcentas alias interpretationes huius ænigmatis excogitari posse. Nam et ille qui equo, curro, navi vehitur et gladium fert, is quod fert non fert.

Aliud exemplum authol. cod. Pal. l. c. no. 22.:

Μὴ λέγε, καὶ λέξεις ἐμὸν οὔνομα, δεῖ δέ σε λέξαι
οὐδὲ πάλιν, μέγα θαῦμα, λέγων ἐμὸν οὔνομα λέξεις.

varie intelligitur. Jacobsius de silentio interpretatur, Langius silv. Port. (vermischte schriften p. 121.) hoc ænigma vocem *μὴ*, Welckerus mus. Rhen. a 1832. p. 218. vocem *οὐδὲν* indicare docent.

Casaubonus ad Athen. X. p. 448. F dicit consulto et de industria multiplicem sensum ænigmatis inditum fuisse, «ut eiusmodi problemata proponerentur, quorum posset afferri multiplex interpretatio, ita enim potuisse singulos convivarum ingenium exercere», hoc quidem de vagis et incertis quæstionibus valere potest, non autem de ænigmatis exactis, in quibus certa quædam sententia inesse debet; ambiguitas in eiusmodi ænigmatis potius vitium quam consilium poetæ esse videtur.

---

[1]) Cfr. huius dissert. p. 48.
[2]) Ex Meinek. emend. fragm. com. III. p. 66.

Nonnulla ænigmata nimia perspicuitate laborant. Cfr. anthol. cod. Pal. l. c. no. 56. 62. (huius dissert p. 72. no. 56. et p. 65. no. 30.) et illud quod anthol. cod. Pal. l. c. no. 104. legitur:

Πήρην σὴν ὀπίσω, κάλαθον χερὶ, τὸν τράγον ὤμοις,
αἰπόλε, σῶν ἀγρῶν σύμβολα πάντα φέρεις.

quod videtur esse veri nominis epigramma, scriptum in anaglyphum aut gemmam scalptam. Cfr. Huschk. anal. crit. p. 305. Jacobs. paralip. III. 3. 722. Item quod anthol. cod. Pal. l. c. no. 23. legitur:

Νηρέος ὄντα με παῖδα φέρει γαιήϊος υἱὸς,
τὸν Στυγὸς ἱμερτοῖς νάμασι δυόμενον.

quod piscem in catino argillaceo cum iusculo appositum significat [1]), haud dubie est epigramma.

Causa cur epigrammata ænigmatis accenseri potuerint, per se elucet. Sæpissime enim epigrammata sensum non statim apertum exprimunt, quorum si inscriptio defuit aut excidit, facile ænigmata habebantur. Nec parvum usus ænigmata statuis inscribendi ad confusionem hanc attulit. Cfr. Viscont. in museo Pio-Clement. VI. p. 46. Jacobs. ad anal. Brunck. I. p. 194., et de consuetudine Græcorum sapientiæ effata Hermis inscribendi Bernhardyi hist. lit. Gr. I. p. 67. (ed. III.)

Definitione et natura ænigmatum constituta ad divisionem eorum transeamus.

Clearchus ap. Athen. X. p. 448. D septem esse species griphorum docet, cuius verba, quum strictius sint investiganda huc afferre placet.

Ἑπτὰ εἴδη εἶναι γρίφων. Ἐν γράμματι μὲν, οἷον ἐροῦμεν ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὡς ὄνομά τι ἰχθύος ἢ φυτοῦ. ὁμοίως δὲ κἂν ἔχειν τι κελεύῃ τῶν γραμμάτων, ἢ μὴ ἔχειν. καθάπερ οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων· ὅθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ ἐποίησεν ᾠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐᾳ προβληθέντος. Ἐν συλλαβῇ δὲ λέγονται γρῖφοι, οἷον ἐροῦμεν ἔμμετρον ὅ τι δήποτε οὗ ἡγεῖται βα, οἷον βασιλεύς· ἢ ὧν ἔχει τελευτὴν τὸ ναξ, ὡς Καλλιάναξ· ἢ ὧν τὸν λέοντα καθηγεῖσθαι, οἷον Λεωνίδης· ἢ ἔμπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον Θρασυλέων. Ἐν ὀνόματι δὲ, ἐροῦμεν ὀνόματα ἁπλᾶ ἢ σύνθετα δισύλλαβα, οὗ μορφή τις ἐμφαίνεται τραγικὴ, ἢ πάλιν

[1]) Ita Buttmann. interpretatur, cfr. Jacobs. anthol. Gr. III. 2. p. 360.

ταπεινή. ἢ ἄθεα ὀνόματα, οἷον Κλεώνυμος, ἤ θεοφόρα, οἷον Διονύσιος. καὶ τοῦτο εἴ τε ἐξ ἑνὸς θεοῦ, ἢ πλεόνων, οἷον Ἑρμαφρόδιτος· ἢ ἀπὸ Διὸς ἄρχεσθαι, Διοκλῆς· ἤ Ἑρμοῦ, Ἑρμόδωρος· ἢ λήγειν, εἰ τύχοι, εἰς νῖκος.

Difficile est ex hac verborum collusione septem griphorum genera constituere, tanta confusio et commixtio his verbis inest. Quum autem veteres saepius de illo Clearchi septenario numero loquantur, uti Schol. ad Aristoph. vesp. 20.: *ἑπτὰ δὲ ἀναγράφει γρίφων γένη ὁ Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ γρίφων συντάγματι*, Casaubono duce e verbis Clearchi septem illas griphorum species constituamus. Sunt autem hae:

1. *γρῖφοι ἐν γράμματι* i. e. in literis positi, ita quidem ut nomen aliquod a certa litera incipiat, aut certam literam non habeat.

2. *γρῖφοι ἐν συλλαβῇ*; versum dicere, (id enim *ἔμμετρον* significat) qui a certa syllaba incipiat, ex. gr. a syllaba *βα*, vel versum dicere, qui desinat in certam syllabam ex. gr. in *αξ*.

3. griphi, qui non unicam sed duas syllabas respiciunt.

4. *γρῖφοι ἐν ὀνόματι;* quando nomen quæritur simplex aut compositum duarum syllabarum ubi tragica species quædam appareat; sive quibus persona quæpiam tragica repræsentetur. Ex. gr. nomen simplex tragicum: Tydeus, Peleus, Minos; tragicum compositum disyllabum: Atreus (*α* et *τρέω*), Neleus.

5. griphi, qui quærunt *ὀνόματα ταπεινὰ* (haud dubie servorum) *ἢ ἄθεα οἷον Κλεώνυμος*.

6. *ὀνόματα θεοφόρα* ut Dionysius.

7. *ὀνόματα λήγοντα, εἰ τύχοι, εἰς νῖκος* ut Aristonicus, Demonicus.

Cuique insipientia huius divisionis, quam Clearchus fecisse videtur, siquidem ex illa verborum *πλοκῇ* septem classes eruere velis, apparet; tria tantum genera griphorum haec divisio complectitur: *ἐν γράμματι, ἐν συλλαβῇ* et *ἐν ὀνόματι;* sed ne his quidem omnes griphi substitui possunt. Unum tantum ænigmatum genus Clearchus in divisione illa respexit, dico *αἰνίγματα μνημόνια*, ut Theodectes ea nominavit, quorum natura in periclitanda memoria versabatur.

Alii alias ænigmatum divisiones constituerunt. Apud Gyraldum l. c. p. 447. duplex divisio legitur, quarum una quatuor ænigmatum classes constituit. (ænigmata in verbis obscura, vel

in sententia, vel in utroque obscura, vel etiam in literis et syllabis), altera sex classes disiungit (ænigmata a simili, a contrario, per accidens, ab historia, per æquivocationem et secundum linguarum proprietates). Ipse Gyraldus difficultatem harum divisionum intellexisse videtur, quapropter non modo ænigmata pro his divisionibus non ordinavit, sed ne exempla quidem singularum classium attulit, id quod præsertim in altera illa divisione, quæ sex classes complectitur ne fieri quidem potest, quum specimina huius divisionis e relictis Græcorum ænigmatis afferri non possint. Omnino ænigmata pro quæstionum argumentis dividere non aptum esse videtur, quum quod ænigma alii ex. gr. in voce obscurum est, alius difficultatem in sententia ponat; ita Sphingis ænigma [1]) obscurum esse potest vel in sententia vel in voce. Hanc quidem opinionum diversitatem divisio ænigmatum, quæ pro eorum metris instituitur, tollit, ut quatuor ænigmatum classes apte distinguantur: quæ hexametris, aut iambis, aut pentametris, aut versu politico sunt composita, sed commodissimum nobis videtur totam ænigmatum farraginem, historiæ respectu habito, in quatuor classes distribuere, quarum prima continet ænigmata antiquissima usque ad comicorum tempora composita, secunda tragicorum et comicorum, quae simul coniungi debent propterea quod eiusdem sunt ætatis et intime secum cohærent, in tertiam classem referimus Alexandrinorum et posteriorum ænigmata fere usque ad collectionem anthologiæ cod. Pal. composita, ad quam classem maxima pars *αἰνιγμάτων ἀδεσπότων* pertinere ostendemus; quintæ denique classi annumeramus ænigmata, quæ a posterioribus Byzantiis fere omnia versu politico sunt composita.

Quanquam disputationem nostram tantum de ænigmatis in versus redactis instituimus, facere tamen non possumus, quin paucis verbis ænigmata illa *μνημόνια*, quorum iam saepius mentionem fecimus, illustremus eorumque differentiam ab iis, quæ hac commentatione tractamus, exponamus.

Notum est Græcos in symposiis iam inde ab antiquissimis temporibus carminibus recitandis tempus contrivisse, quæ varie aut ab omnibus aut a singulis deinceps canebantur, vel potius declamabantur [2]). Ita enim refert Dicæarchus ap. Schol. Aristoph. ran. 1327.: *τρία γένη ᾠδῶν· τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον, τὸ δὲ καθ' ἕνα ἑξῆς, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετωτάτων ὡς ἔτυχε τῇ τάξει, ὃ δὴ καλεῖσθαι διὰ τὴν τάξιν σκόλιον.* Carmina, quæ in his ludis decantabantur, varia erant. Eustath. ad Odyss. p. 1574. trifarium dispertit argumentum *τὰ μὲν σκωπτικὰ, τὰ δὲ πρὸς ἔρωτα, πολλὰ δὲ καὶ σπουδαῖα*, Chamæleon ap Athen. XIV. p. 620. C tradit non Homerica tantum sed Hesiodi etiam et Phocylidis inter cœnam decantata esse carmina; nec minus Simonidis, Stesichori et aliorum magnorum pœtarum carmina canebantur [1]), et, si Aristophani fides danda est, etiam e tragicis cantilenæ petitæ sunt ex Aeschylo, Sophocle et Euripide [2]).

Ex hac vetere consuetudine carmina vel versus ex variis poetis inter cœnandum recitandi profectum mihi esse videtur illud ænigmatum genus, quod ea lege nitebatur, ut refert Athen. X. p. 457. E, ut postquam aliquis versum recitasset, sequentem versum dicere quisque teneretur, aut si quis primus aliquem locum e poeta recitasset, singuli dicerent alterius cuiusdam similem sententiam, « ad hæc versus erant recitandi tot syllabarum quot essent a symposiarcho vel ab alio praescriptæ, aut dicenda erant nomina uniuscuiusque e ducibus Troianorum; aut convivales iubebantur edere nomen civitatis Asiæ a data quadam litera incipiens et proximus nominare debebat Europæ urbem et reliqui per vices pergere, sive Græcæ civitatis sive barbaricæ nomen fuisset quæsitum. »

Cui verba Athenæi et allata ab eo horum griphorum exempla p. 458, quæ fere immensam scientiam poetarum et admirabilem vim memoriæ exposcunt, suspecta esse videntur, adeat Strab. I. 2. 3. Plat. Protag. p. 326. Isocrat. paneg. 95. (ed. Bekk.) Xenoph. symp. 3. 5. Dio Chrysost. orat XI. p 308 (ed. Reisk.) et cognoscet ea, quæ ab Athenæo de veterum memoria referuntur, a veritate non abhorrere.

In his igitur responsionibus et quæstionibus continebatur illud genus ænigmatum, quod Theodectes Phaselita, (de quo v. h. dissert. p. 42.) teste Polluce VI. 108. commode *ζητήματα μνημόνια* appellavit, quod veteres iis memoriam periclitabantur [3]).

---

[1]) Cfr. h. dissert. p. 32. — [2]) Cfr. Ilgen. praef. in scolia Gr. p. LIII.

[1]) Cfr. Aristoph. nub. 1358.

[2]) Cfr. Aristoph. nub. 1368.

[3]) Cfr. Casaub ad Athen. X. p. 448 C

Clearchus ap. Athen. l. c. hoc genus ænigmatum antiquum nominat, nec est cur hac in re Clearcho fidem non habeamus, quippe quum eiusmodi quæstiones e cantilenis et scoliis, a Græcis antiquitus usitatis, quasi sponte fluerent et se convivalibus obtruderent. Ceterum de similitudine cantus in conviviis usitati et quæstionum ænigmaticarum, quæ in conviviis proponebantur, cfr. Ilgen. præf in scol. Gr. p CLX. seq.

Clearchi tempore, ut ipse refert, hoc genus ænigmatum iam abolitum erat. locumque eorum occuparunt quæstiones illæ intempestivæ et ludicræ eruditionis, quæ iam deinde maxime in usu erant.

Rerum tractatio exposcit, ut etiam de griphos proponendi ratione loquamur deque præmiis et pœnis, quæ iis, qui quæstionem solverent aut non solverent, assignabantur.

Mos erat Græcis symposia sua, quæ cœnas sequebantur, variis oblectationibus transigere. Pollux lib. IX. cap 7, quod inscriptum est *περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν* quinquaginta ludos exponit, qui tamen plurimi a symposiis sunt retinendi et potius ad puerorum cœtus ablegandi. Inter ludos convivales per aliquod tempus maxime exercitos pertinent ænigmata, de quorum usu modoque proponendi diligentius nobis est disserendum. Locus classicus in hac causa legitur Antiphanis in Cnœth. ap. Athen. X. p. 448 F:

> *Ἐγὼ πρότερον μὲν τοὺς κελεύοντας λέγειν*
> *γρίφους παρὰ πότον ᾤόμην ληρεῖν σαφῶς*
> *λέγοντας οὐδέν· ὁπότε προστάττοιτό τις*
> *εἰπεῖν ἐφεξῆς ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει,*
> *ἐγέλων νομίζων λῆρον· οὐκ ἂν γενόμενον*
> *οὐδέποτε γ᾽ ᾤμην πρᾶγμα παντελῶς λέγειν,*
> *ἐνέδρας δ᾽ ἕνεκα. νυνὶ δὲ τοῦτ᾽ ἔγνωχ᾽ ὅτι*
> *ἀληθὲς ἦν* [1]).

Mos igitur fuit ut magister convivii aut alius fortasse, qui ænigmatis proponendis excellebat, potestatem haberet iubendi (*κελεύειν, προστάττεσθαι*, quapropter in definitione griphi Clearchus usus est voce *προστατικός*; cfr. Athen. X. p. 448. C) ut ad

[1]) Ex emendat. Meineck. fragm. com. Gr. III. p. 66.

propositam quæstionem singuli responderent [1]). Respondebant autem eo, quo sedebant aut accumbebant ordine (*εἰπεῖν ἐφεξῆς*). Plutarch. quæst symp. IX. 2. narrat sortitum fuisse quis quæstiones proponeret: *ἔθους δὲ ὄντος ἐν τοῖς μουσείοις κλήρους περιφέρεσθαι καὶ τοὺς συλλαχόντας ἀλλήλοις φιλόλογα ζητήματα προτείνειν.* Idem Macrob. VII. 4.: «sortiamur, si videtur, ut per ordinem unusquisque proponat quam solvendam æstimet quæstionem.»

Vocabula autem de solutione ænigmatum frequentissima sunt: *λύειν* (*λύσις* unde et *λυτικοὶ*, de quibus v. h. dissert. p. 54.) rarius *ἐπιλύεσθαι* (unde *ἐπιλυτικοί*); cfr. Athen. XIII. p. 670. F; *πρόβλημα ἐπιλύσασθαι, ἐπιλύειν τὸ ζητούμενον, ἀπολύεσθαι* et *διαλύειν* et *διαλύεσθαι.* Cfr. de his vocabulis Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. p 205. et 206. Sæpius etiam *εὑρίσκειν* de solvendo ænigmate dicitur, cfr. Valcken. ad Phœn. 703.; Euripid. in Phœn. v. 48. et 50. *αἴνιγμα μαθεῖν* habet, et Sophocl. in O. R. 395. et 1525. *αἴνιγμα διειπεῖν* et *εἰδέναι.* Lex. Seguer. (anecd. Bekk. I. p. 16. 19.) *αἴνιγμα συμβάλλειν· τὸ λύειν καὶ συνιέναι.*

Ut autem ludus griphorum magis oblectaret, præmia erant proposita solventibus et pœna iis, qui ænigma solvere non possent. Clearch ap. Athen. X. p. 457. C increpans mores convivalium sui temporis, qui oscula et amores præmium solvendis ænigmatis proponebant, pœnamque instituebant merum vinum, quod illi autem libentius bibebant quam sanitatis poculum, (*ἄκρατον πιεῖν, ὃν ἥδιον τῆς ὑγιείας πίνουσιν*) laudibus effert veterum consuetudinem, qui corona et plausu solventem ænigmata donabant *ἐφ᾽ οἷς ἆθλον ἐτίθεσαν στέφανον καὶ εὐφημίαν, οἷς μάλιστα γλυκαίνεται τὸ φιλεῖν ἀλλήλους.* Athen. X. p. 458. F refert eum, qui ad quæstionem ænigmaticam respondere non potuisset, *ἀναπνευστὶ* uno spiritu exhausisse potionem muria mixtam, id quod et versibus Antiphanis ex fabula Ganymedis allatis demonstrat.

Grammatici posteriores nonnihil in describendis pœnis, quæ non solventibus irrogabantur, variant, sive quod posteriores aliis

[1]) Idem significat *γρῖφον προβάλλειν* ap. Athen. X. p. 451. E et *γριφεύειν* p. 451. B *ζήτημα προτείνειν* ap. Plutarch. quant. symp. IX. 2.

pœnis utebantur, sive quod grammatici eas sibi excogitarunt, qui talium rerum fingendarum valde curiosi erant.

Pollux VI. 107. narrat eum, qui solvisset accepisse carnis portionem et illum qui ignorasset, exhaurire coactum fuisse *ἅλμης ποτήριον*.

Hesychius s. v. *γρῖφος· πρόστιμον τῷ μὴ λύσαντι τὸν γρῖφον ἐκπιεῖν τὸ συγκείμενον, ἤτοι ἄκρατον ἢ ὕδωρ τοῦτ' ἔστι κάδον ὕδατος.*

Eustathius in Odyss. p. 1926 : *γρῖφος δύσκολον ζήτημα ὃ ἐν συμποσίοις ἔλεγέ τις, προκειμένης φιάλης οἴνου γεμούσης· καὶ ὁ ἐπιλύσαμενος τὸ ἀπορηθὲν, ἐξέπινεν· εἰ δὲ μὴ ὁ ἀπορήσας* (i. e. qui griphum proposuit cfr. Casaub. ad Athen. X. p. 448. E) *ἐνεφορεῖτο τῆς φιάλης.*

Romanorum scriptores alias afferunt in conviviis concertandi rationes. Gellius XVIII. 2.: «Conveniebamus autem ad eandem cœnam complusculi, qui Romani in Græciam veneramus, quique easdem auditiones, eosdemque doctores colebamus. Tum qui et cœnulam ordine suo curabat, præmium solvendæ quæstionis ponebat librum veteris scriptoris vel Græcum vel Latinum et coronam e lauro plexam; totidemque res quærebat, quot homines istic eramus: quumque eas omnis exposuerat, rem locumque dicendi sors dabat. Quæstio igitur soluta corona et præmio donabatur; non soluta autem tramittebatur ad eum, qui sortito successerat. Idque in orbem vice pari servabatur; si nemo dissolvebat quæstionis eius nodum, præmium ipsum et corona deo, cuius festum erat, dicabatur.» Idem XVIII. 13. refert nummos quoque pro præmio pœnave fuisse propositos.

Hucusque in commentatione nostra ea potissimum, quæ ad naturam ænigmatum et eorum usum spectant, consideravimus, iam necesse est ea quoque, quæ ad philologiam magis pertinent perscrutemur et de metris, de sermonis indole, de ænigmatum quam a posteris experta sunt commutatione et corruptione deque arte critica in ænigmatis adhibenda pauca afferamus.

Multa eaque antiquissima ænigmata (cfr. Sphingis, Cleobuli, Cleobulinæ ænigmata [1]) hexametris dactylicis sunt composita; pristinum hoc et antiquis temporibus solum usitatum metrum fuisse iam exinde sequitur, quod poesis ænigmatica initio didactica erat, ergo eandem quam antiqua didacticæ poesis genera formam habuit [1]). Quodsi posteriore ætate metrum hoc interdum retinebatur, quanquam ænigmata didacticam formam iam diu exuerant, hoc solum imitatione antiquorum fiebat. Sed ipsa quoque ænigmatum natura, ut ita dicam, hoc metrum quasi proprium et peculiare sibi exposcebat; similia enim erant hæc carmina oraculis, cum quibus conveniebant et sententiarum obscuritate et sæpe argumenti gravitate [2]), quid mirum si eodem metro quo deorum effata incedebant?

[1]) Cfr. h. dissert. p. 32. seq.

Tragici et comici in ænigmatis hexametrum dactylicum retinuerunt, interdum tamen et trimetrum iambicum adhibentes, ut ænigmata dialogi formæ adaptarent. Cfr. Antiphanis Cnœthideus ap. Athen. X. p. 448. E [3]) et Alexidis ænigma in somnum ap. Athen. X. p. 449. D [4]). Tetrameter trochaicus catalecticus duobus tantum locis ab Antiphane in Aphrodisio ap. Athen. X. p. 449. B [5]) et ab Anaxandride in Aeschra ap. Athen. X. p. 455 F [6]) adhibetur, quæ tamen ibi proferuntur non vera sunt ænigmata, sed cavillationes ampullatæ dictionis aliorum poetarum. Solutiones ænigmatum comici ubique etiam post hexametros iambis componebant. Cfr. Athen. X. p. 449. F; p. 450. A, B, C, D, F; p. 451. A, B.

Alexandrini et posteriores metrum iambicum in componendis ænigmatis raro adhibuisse videntur. Tria tantum præter illa comicorum exstant exempla forma iambica; cfr. h. dissert. p. 72.

Longe plurima ænigmata pentametris sunt composita. Similitudo, quæ intercedit inter epigramma et ænigma sive eorum brevitatem sive acumen, quod utrique inest, respicias, effecit ut pentameter, cuius regnum quodam modo epigramma sibi vindicavit, in ænigmatis quoque adhiberetur. Commutatio hæc metrorum in ænigmatis condendis tempore Alexandrinorum, si quid video, facta est. Nam præterquam quod nemo antiquio-

[1]) Cfr. h. dissert p. 33.

[2]) Cfr. h. dissert. p. 32. Sphingis aenigma, quo sublimitas generis humani eiusque fragilitas et imbecillitas splendide describitur.

[3]) Cfr. h. dissert. p. 46.

[4]) Cfr. h. dissert. p. 49.

[5]) Cfr. h. dissert. p. 46.

[6]) Cfr. h. dissert. p. 51.

rum poetarum nominatur, qui pentametris ænigmata composuit [1]). Alexandrinorum ætate, paucis maioribus carminibus exceptis, omnia fere poematia pentametris componebantur; hac ætate plurimi epigrammatum scriptores exstiterunt, (uti ex catalogo epigrammatum scriptorum ap. Jacobs. anthol. Gr. III. 3. p. 831. seq. cognosci potest) qui haud dubie ænigmatum formam formæ communi i. e. pentametris accommodarunt. Fortasse docti Alexandrini sensu æsthetico, qui dicitur, ad commutandum metrum commoti sunt. Fugere non potuit viros grammaticos, qui sensum suum et iudicium operibus antiquorum poetarum finxerunt et exacuerunt, hexametrum ludicris nugis, ad quas ænigmata temporum decursu deciderunt, non esse idoneum: elegerunt itaque formam pentametri, quæ levior hexametro eiusmodi ludis est aptissima. Exinde iam pentameter metrum primarium ænigmatum exstitit et præ ceteris in usu erat.

Byzantii denique, postquam versus politicus omnia fere metra expulit, hoc quoque versu ænigmata sua componebant [2]).

Magna pars ænigmatum ad omnes sermonis et metricæ artis leges sunt composita, in multis autem teterrima vitia quum in grammaticæ tum in metricæ regulas occurrunt. Hic iam magna cautio criticorum est adhibenda ne iusto nimis corrigant, sed eas tantum labes removeant, quæ librariorum incuria invectæ sunt. Antiquiorum ænigmata, quorum auctores noti sunt, imprimis comicorum, facilius si corrupta sunt sanari possunt, quum hæc poematia pro ætate qua auctores vixerunt et sæpissime pro iis, quæ aliunde de auctoribus nota sunt, iudicari et corrigi possint.

Maior est difficultas in diiudicandis et corrigendis iis, quæ *ἀδέσποτα* leguntur, quæ plurima Alexandrinis et posterioribus sunt vindicanda. Quum enim antiquiores Alexandrini in pangendis versibus essent curiosissimi et non solum purum sermonem servare, sed ab omni hiatu, brevi syllabarum productione magis quam optimi veteres se abstinere studerent [3]), posteriores

---

1) Aenigmata pentametris composita, quae sub Theognidis nomine circumferuntur esse suppositicia v. h. dissert. p. 39.

2) Cfr. h. dissert. p. 78.

3) Cfr. Godofr. Hermann. de poet. eleg. in Orphic. p. 764. et Jacobs. prolog. in anthol. cod. Pal. I. p. XXXV. seq.

sæpius hiatum etiam illicitum admittunt, cfr. h. dissert. p. 73. no. 58. v. 2., spondeum pro iambo ponunt, cfr. p. 72. no. 57. v. 3., quin immo prorsus metricæ regulas negligunt et syllabam brevem pro versus necessitate producunt, cfr. p. 64. no. 26 v. 4. p. 67. no 37. v. 1. p. 68 no. 40. v. 4 p. 68. no. 41.

Nec leges grammaticæ a posterioribus ubique observantur. Cfr. h. dissert. p. 61. no. 12. v. 2. ubi *ἀπὸ* pro *ὑπὸ* est positum; p. 64. no. 25. v 1., p. 65. no. 30. v. 2., p. 72. no. 57. v. 2. inconcinna est oratio; in eodem ænigmate v. 9. *ὅταν* cum indicativo et optativo est positum.

Has antiquiorum Alexandrinorum et posteriorum in versibus condendis curas aut negligentiam confundere magna esset imprudentia, quam non uno loco admisit Brunckius, qui non solum omnes posteriorum temporum labes tollere, sed sæpissime pro arbitrio textum castrare ausus est, quanquam negari non potest virum doctum multis locis textum egregie emendasse. Unum apponere lubet Brunckianæ artis criticæ luculentum exemplum. In anthol. cod. Pal. I c. no. 10.:

Λέβητας ἔγνων μὴ σιωπᾶν εἰδότας
πλὴν ἄρτια τὸν χαλκὸν ἠχεῖν προτρέπει,
ἀντικτυποῦντος τοῦ πρώτου τῷ δευτέρῳ
καὶ μεταδιδόντος τῷ τετάρτῳ τοῦ τρίτου.
ἐὰν δὲ τὸ κινοῦν ἠρεμῇ καὶ μὴ πνέῃ,
ἄφωνος ὁ λέβης· τῇ φύσει γὰρ οὐ λάλος.
τῶν σῶν δὲ λεβήτων ἡ φύσις μὲν εὔστομος·
σοὶ δ' ἐντυχοῦσα γίνετ' εὐστομώτερα
σιγῶσ' ὅταν δεῖ, καὶ λαλοῦσ' ὅταν δέοι.

quo versificator pessimus (v. 3. *τοῦ πρώτου* spondeus pro iambo) insulse sonum lebetum oraculi Dodonæi cum loquacitate linguæ comparat et prudentiam in loquendo commendat; Brunckius contra codicis lectionem mutavit v. 4. sine causa *τῷ τετάρτῳ τοῦ τρίτου* in *τοῦ τετάρτου τῷ τρίτῳ*; v. 9. ut *ὅταν* cum indicativo evitaret, scripsit *ὅτε χρὴ*, pro *ὅταν δέοι* substituit *ὅταν δέῃ*. In v. 2. tamen Brunckius recte *προτρέπειν* pro *προτρέπει*, quod codex habet, scripsisse mihi videtur, aliter enim subiectum orationis desideratur. Cfr. h. dissert. p. 73.

Iam in dignoscendis ænigmatis *ἀδεσπότοις*, quorum vitia sunt removenda, quorum relinquenda solum, sententiarum argu-

mentum facit discrimen. Ut enim verisimile est grammaticos, qui exquisitam et abditam rerum antiquarum scientiam in ænigmatis produnt, grammaticæ quoque et metricæ regulas novisse, ita coniicere possumus ænigmata insulsa omni acumine carentia versificatorum esse malorum, in quibus si grammaticæ et metricæ labes occurrunt, non sunt removendæ. In multis ænigmatis menda præsertim metrica intrudendo parvo vocabulo, aut addenda vel demenda una litera, passim transpositione verborum, qui errores facillime incuria librarii in textum irrepere poterant, curantur et optimo iure emendantur. Cfr h. dissert. p. 60. seq. no 9. v. 6., no 28. v. 1., no. 29. v. 3., no. 40. v. 3., no. 45. v. 2., no. 47. v. 1., no. 52. v. 3., no. 55. v. 5.

Sane in multis ænigmatis diiudicandis difficile est negotium critici, magnumque periculum ne aut maiore religione sordes omnes retineat, aut maiore libidine plus iusto corrigat. Sed in ipsis vitiis sanandis eo maiores sunt difficultates quo minora sunt adminicula, quibus res critica adiuvatur. Unum tantum MS. anthologiæ Græcæ, dico codicem Palatinum, exstat, quo maxima pars ænigmatum servatur, quorum si unum alterumve grammaticus quis citavit, rarissime inde multum ad emendanda vitia efficitur. Aenigmata enim ut alia minora carmina, quæ in ore vagabantur et memoriter citabantur, varias per temporum decursum mutationes variosque casus experta sunt. Ut enim nostra quoque ætate eiusmodi poematia dum per hominum ora vagantur pristinam suam et genuinam formam paulatim exuunt et immutant, ita etiam ænigmatis Græcis factum est. Propterea non solum multas lectionum varietates in singulis verbis apud varios auctores, qui ænigmata servarunt, legimus, ut sæpe difficile sit dictu quæ genuina et pristina sit lectio (cfr. Sphingis ænigma h. dissert. p. 32. Cleobuli ænigma h. dissert. p. 35.) sed interdum toti versus immo tota enuntiata tantopere mutata sunt, ut quasi diversa et nova ænigmata legere credas; cfr. h. dissert. p. 59. no. 4. et 5. cfr. ænigma de vespertilione et eunucho h. dissert. p. 73.

Rarissime igitur ex comparatione ænigmatum apud varios scriptores quidquam ad restituendas genuinas lectiones proficitur; maximum momentum in eiusmodi quæstionibus in divinatione, iudicio et prudentia critici positum est.

In multis autem ænigmatis lectio vera vix et ne vix quidem

restitui potest, quod sensus investigari nequit, quamdiu autem sensus non constat, omnis emendatio est futilis et inepta. Cfr. h. dissert. p. 60. no. 9. p. 69. no. 45.

Animadvertendum tamen est in multis similibus ænigmatis differentias altius esse repetendas. Quod enim Jacobsius rectissime monuit in præf. anthol. Gr. p. XXVII. de epigrammatis in universum, fuisse haud paucos posteriorum, qui non solum antiquiora poematia imitarentur, sed ita in imitando versarentur, ut quæ ab antiquis pressius dicta essent dilatarent et amplificarent, alios vero ita ut priscorum carmina quasi in compendium redigerent, id in ænigmatico quoque genere et haud scio an in nullo magis locum obtinuit. Ita ænigmata h. dissert. p. 59. no. 4. et 5. a se pendent; item duo ænigmata de Pyrrho p. 66. no. 34. et no. 35. Idem valet de duobus ænigmatis in Nessum p 69. no. 46. et no. 47. Aenigma de die et nocte, quod legitur h. dissert. p. 61. no. 12. amplificatio est ænigmatis Theodectei, cfr. p. 42. Aenigma de clystere p. 63. no. 23. contractum esse videtur ex illo quod legitur no. 24. Aenigma de cucurbitula ut legitur ap. Aristot. rhet. III. 2. 12., de arte poet. XXII. 5. a posteriore quodam versificatore adauctum est est uno pentametro, cfr. h. dissert. p. 35. Aenigmatis de eunucho et vespertilione duæ exstant formæ, quarum altera uno versu adaucta est. Cfr. p. 73.

Multa autem sunt ænigmata eiusdem argumenti, quæ a se non pendent, quum Græci nonnullas res libenter in ænigmatis tractasse videantur. Ita cochlea et apud Græcos et apud Romanos multam ænigmatum opportunitatem suppeditavit. Cfr. h. dissert. p. 59 no. 1. et 2. tertium Cratini comici cfr. p. 44. quartum Euripidis p. 41. Cfr. Cic. de divin. II. 64., quintum quod Theognidi adscribitur, cfr. p. 38.

De die et nocte: Theodectis cfr. p. 42. (eiusque imitatio p. 61. no. 12.) alterum *ἀδέσποτον* p. 63. no. 19.

De cucurbitula: Cleobulinæ p. 35. et alterum *ἀδέσποτον* p. 63. no. 22.

Pars II.

Historia poesis aenigmaticae et aenigmatum collectio.

De origine et initiis poesis ænigmaticæ parum certi dici potest. Prima huius poesis certa exempla ex ætate sunt septem sapientum, licet negari non possit, eius originem in antiquiora referendam esse tempora. Si Plutarcho, qui solus e veteribus de antiquissima poesis ænigmaticæ ætate nos edocet est credendum, poesis hæc septem sapientum temporibus iam magno erat in flore. In conviv. sept. sap. p. 556. tom. VI. ed. Reisk. narratur Amasim Biantis Prienensis, qui sapientia ænigmatica magnam laudem sibi comparaverat, ingenium ænigmatis exantlasse; p. 562. legimus Cleobulinæ ænigmata in Aegypto nota fuisse; denique p. 585. Cleodemus, qui ænigmata res ridiculas nec sapiente dignas esse dixerat a Periandro vituperatur, qui consuetudinem ænigmata sibi proponendi perantiquam nominat: *ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν ἔθος ἦν τοιαύτας ἀλλήλοις ἀπορίας* (ænigmata) *προβάλλειν.* Ergo diu ante septem sapientum ætatem ænigmata in usu fuisse præsertim ultimo Plutarchi testimonio elucet. Hæc est causa cur viri docti originem ænigmatum in antiquissima referunt tempora, eaque ex pristina per symbola et allegorias docendi methodo repetunt. Cfr. Kircherus in Oedip. Aegypt. II. p. 27. seq. Jablonskius in pantheo Aegypt. I. proleg. p. CXI. seq. Creuzerus in symb. I. p. 76. (ed. II.) Cui sententiæ multi scriptores Græci assentiri videntur, qui antiquissimam docendi rationem symbolicam et ænigmaticam fuisse dicunt. Pausanias in Arcadicis sive lib. VIII. 2. docet: « illos inter Græcos, qui sapientiæ famam adepti sunt, res non sermone perspicuo proposuisse, sed ænigmatis involvisse », idque de mythologia intelligit. Item Clemens Alex. strom. VI. p. 737. (ed. Potter.) « Omnes igitur, ut semel dicam,

qui de rebus divinis egerunt tam barbari quam Græci, rerum quidem principia occultaverunt, veritatem autem per ænigmata, symbola, allegorias, metaphoras, similesque tropas tradiderunt, cuiusmodi sunt etiam apud Græcos oracula.» Cfr. Jamblich. de vita Pythag. c. 23. p. 86. (ed. Küster.) Proclus in Tim. Plat. III. p. 246. Maximus Tyrius dissert. XXIX. Phurnutus de nat. deor. c. XVII. init.

Nec spernenda est sententia eorundem doctorum virorum, Kircheri, Jablonskii, Creuzeri ll. cc., qui quam antiquam illam per metaphoras et symbola docendi methodum[1], tum Græcorum poesim ænigmaticam cum Oriente cohærere putant.

Respicientibus enim nobis poesim ænigmaticam populorum Orientalium apparet eam diu ante ætatem septem sapientum floruisse, et apud Orientales eundem usum, qui apud Græcos, fuisse inter cœnandum ænigmatis se oblectandi et præmia pœnasque proponendi prout ænigma solveretur.

Apud Hebræos, ut ex sacris eorum libris cognosci potest, usus ænigmatum pervulgatus erat.

Judic. XIV. 12 seq. narratur Samsonem hominem Mavortium in epulis nuptialibus convivis suis ænigma proposuisse et tanquam præmium triginta sindones promisisse.

III. Reg. X. 1. seq. legimus reginam Sabæ (quæ terræ pars est Arabiæ) audita Salomonis sapientia, regis sagacitatem mentis explorasse ænigmatis, eique, acumine cognito, præmia constituta dedisse.

Simile certamen eiusdem regis cum Hiramo Tyrio initum prodit Josephus in antiqu. Jud. VIII. 5. p. 267. (ed. Colon.) testesque affert Tyriorum historicos Menandrum et Dium.

Cfr. præterea Proverb. I. 6. XXX. 1. seq. Psalm. LXXVIII. 2. Ezech. XVII. 2.[2])

Apud Babylonios et Assyrios ænigmata nota fuisse sequitur ex Pseudo-Esdræ lib. III. c. 3. et 4.

In Aegypto usum ænigmatum pervulgatum fuisse iam supra

---

[1]) Id imprimis de antiquissimis Graecorum mysteriis Eleusiniis valet, quae ex Aegypto in Graeciam introducta esse videntur. Cfr. Creuzer. symb. IV. p. 520. (ed. II.)

[2]) Scite de Hebraeorum aenigmatis disputavit Herderus „vom geist der ebräischen poesie". Op. tom. II. p. 266. seq. (ed. Tubing. 1805.)

ex Plutarchi conviv. sept. sap. cognovimus. Cfr. præterea Clement. Alex. strom. VI. p. 733. (ed. Potter.) Lucian. deor. concil. c. 11. Jamblich. de vita Pythag. c. XXII. p. 86. (ed. Kuster.)

Quodsi hanc Orientalium consuetudinem præsertim inter cœnandum ænigmatis se oblectandi et præmia pœnasque, prout ænigma solveretur, proponendi cum Græcorum consuetudine comparamus, facere non possumus, quin miram quandam coniunctionem et similitudinem Græcorum et Orientalium ænigmatum profiteamur, quorum cognatio eo magis elucet si ea, quæ de Græcis sapientibus eorumque ænigmatis a variis scriptoribus referuntur, consideramus.

Septem Græcorum sapientes cum Aegypto commercium habuisse et Amasim Bianti ænigmata proposuisse, allatis Plutarchi testimoniis supra vidimus. Ab eodem scriptore edocemur Cleobulinæ ænigmata in Aegypto celebrata fuisse. Diogenes Laert. I. 89. et Suidas s. v. *Κλεόβουλος* expresse testantur, Cleobulum *μετασχεῖν τε τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φιλοσοφίας*, quam ænigmaticam et symbolicam fuisse veteres produnt. Cfr. Plutarch. de Iside et Osiride p. 354. Eusebius præp. evang. III. 1. Proclus in Tim. Plat. I. p. 40.

Idem de Thalete prædicatur; cfr. Diog. Laert. I. 24. Jamblich. in Nicomachi arithm. p. 10. Proclus in Euclid. p. 19.

Pari modo Pythagoras doctrinam suam symbolicam et ænigmaticam a sacerdotibus Aegyptiis accepisse fertur; cfr. Herod. II. 81. 123. Jamblich. de vita Pythag. c. V. p. 15. (ed. Kuster.) Antiph. ap. Porph. vita Pythag. c. 7. Isocr. Busir. c. 11. Cic. de fin. V. 29.

Testimonia hæc, quæ cognationem poesis ænigmaticæ Græcorum et Orientalium indicant, seriora quidem sunt quam ipsa Græcorum ænigmaticæ poesis initia, sed ostendere videntur eius originem et fontem.

Nec minus Sphingis ænigma, quod perantiquum esse ex fabula Oedipodea sequitur, cohærentiam Græcorum ænigmatum cum Aegypto arguit. Fortasse cum Sphingis numine notum illud ænigma in Græciam pervenit; nam apud Agyptios quoque Sphinx ænigmaticam quandam significationem habuisse videtur. Plutarch. de Iside et Osiride p. 354: «Aegyptii ante templa Sphinges plerumque collocant, quo innuunt doctrinam suam

rerum sacrarum constare sapientia ænigmatica et sub involucris latente.» Similia de Sphingibus observat etiam Clemens Alex. strom. V. p. 561.: «Ideo Aegyptii ante templa ponunt Sphinges, quia doctrina de deo ænigmatica est et subobscura.» Deinde similitudo, quæ inter ænigma et fabulam intercedit, quam ab Orientalibus Græcos accepisse inter viros doctos constat[1], denique vocis *αἰνίγματος* et *αἴνου* eadem origo et interdum eadem significatio[2]), haud parvum ad evincendam cohærentiam Græcorum et Orientalium ænigmatum affert momentum.

Si singula quæ exstant Græcorum ænigmata perlustramus, antiquissimum esse videtur Sphingis ænigma, quod vocatur, cuius primam mentionem fecit Pindar. fragm. 165. (*αἴνιγμα ἐξ ἀγριᾶν γνάθων παρθένου*). In anthol. cod. Pal. XIV. no 64. ita legitur a Jacobsio recte emendatum:

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τετράπον, οὗ μία φωνὴ,
καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ᾽ ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ γίνηται, ἀνά τ᾽ αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
ἀλλ᾽ ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

Præterea invenitur hoc ænigma ap. Athen. X. p. 456. B ex Asclepiadis[3]) *τραγῳδουμένοις* desumptum ut ipse testatur. Sine auctoris nomine ap. Tzetzem ad Lycoph. v. 7. p. 2. — Asclepiadem nominat etiam Schol. Eurip. in Phoen v. 50, qui primum hemistichium sic excitat: *ἔστι δίπους ἐπὶ γῆς καὶ τετράπους.* In compendium hoc ænigma redegit Diodor. IV. 64. p. 308: *ἦν δὲ τὸ προτεθὲν ὑπὸ τῆς Σφιγγὸς, τί ἐστι τὸ αὐτὸ δίπουν, τρίπουν καὶ τετράπουν;* Apollod. III. 5. 8. *τί ἐστιν, ὃ μίαν ἔχον φωνὴν, τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γίνεται;* Jam quod

---

1) Cfr. Grauert. de Aesopo et fabulis Aesopiis. Bonn. 1825. Welcker. „Aesop eine fabel" in museo Rhen. VI. p. 366. seq.

2) Cfr. h. dissert. p. 9.

3) Asclepiades Tragilensis (vixit circa Olymp. CIV. cfr. Grässe hist. lit. I. p. 289.) scripsit sex libros *τραγῳδουμένων* i. e. de argumentis fabularum tragicarum (cfr. Vossius de hist. Gr. p. 119. et p. 139. p. 153. ibique Westerm., Casaub. ad Athen. X. p. 456. B, Werfer. acta philologor. Monac. II. 3. p. 491.) Aenigma Sphingis haud dubie Asclepiades non ipse composuit, sed quum de fabulis ad Oedipum et Sphingem spectantibus dissereret, aenigma hoc perantiquum tantum allegavit.

varietatem lectionum attinet, habet V. 1. cod. Pal. *οὐ μία.* Athen. l. c. *οὗ μία.* Tzetz. l. c. *οὐ μία μορφή.* V. 2. cod. Pal. *βοὴν*, quod ineptum; Athen. l. c. *φύσιν* aut *φυήν.* V. 3. cod. Pal. *γίνεται*, Athen. l. c. *γίνονται*, Tzetz. l. c. *γίνηται.* Cod. Pal. *ἀνά τ᾽ αἰθέρα*, ita etiam Tzetz., sed Athen. *καὶ ἀν᾽ αἰθέρα.* V. 4. cod. Pal. *ἐπειγόμενον*, Tzetz. et Athen. *ἐρειδόμενον.* V. 5. *ἔνθα τάχος* ita cod. Pal. cum plurimis. In nonnullis codicibus Athenaei etiam *μένος* legitur.

Exstat huius ænigmatis solutio in Schol. Phœniss. v. 50.:

Κλῦθι, καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
φωνῆς ἡμετέρης σὸν τέλος ἀμπλακίης.
ἄνθρωπον κατέλεξας, ὃς, ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
γηραλέος δὲ πέλων, τρίτατον πόδα, βάκτρον ἐρείδει,
αὐχένα φορτίζων, γήραϊ καμπτόμενος.

E temporibus, quæ ætatem septem sapientum antecedunt, nullum ænigmaticæ poesis exemplum invenitur. Equidem in certamine Homeri et Hesiodi, quod in exsequiis Amphiantis Chalcide inter poetas institutum esse refertur, varia ænigmata proferuntur, attamen nugas has figmentum esse posterioris temporis iusto loco ostendam.

Maiora incrementa poesis hæc accepit ætate septem sapientum, ergo illis temporibus, quibus poesis didactica maxime florebat, quibus etiam alia minora didactica carmina ut elegiæ, gnomæ, epigrammata, fabulæ excolebantur. Iam septem sapientes qui vocantur, sive specimina ingenii sui proferre, sive aliorum mentem et animum exquisitis illis quæstionibus exacuere volebant, ut erant magistri et duces æqualium suorum, ænigmata componebant. Eorum igitur eiusmodi poematia erant didactica atque hac ratione ab ænigmatis posteriorum temporum differunt, quæ tantum ad exhilarandum animum inserviebant[1]).

---

1) „Der geschmack an räthseln verlor sich nicht gleich mit dem zeitalter der sieben weisen, sondern nahm vielmehr zu. Allein er bekam eine ganz andre richtung als er ursprünglich hatte. Anstatt dass sie ehemals eine wirkliche beschäftigung der ernsthaftesten und weisesten männer gewesen waren, wurden sie in der folge blosse ergötzung, von

Antiquissimum hunc usum ænigmatum respiciens dicit Clearchus ap. Athen. X. p. 457. C: *τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ἐστί καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο.* Commode antiquissima hæc septem sapientum ænigmata cum oraculis deorum comparari possunt, cum quibus non solum eandem formæ similitudinem sed eundem fere finem habebant, ut hominem ad cogitandum excitarent, et ad verum bonumque inquirendum commoverent; quæ oraculorum et antiquissimorum ænigmatum cohærentia eo magis elucet si consideramus septem illos sapientes cum Apolline coniungi, eorumque vitæ præcepta ad Apollinem referri in eiusque templo insculpta fuisse [1].

Dolendum est pauca tantum exempla huius poesis ex illa septem sapientum ætate exstare. Maximam gloriam inter septem sapientes ænigmatis componendis sibi comparavit Cleobulus Lindius, cuius ætas ut et aliorum septem sapientum circa Olymp. XL. ponenda esse videtur [2]). Reliquerat Cleobulus teste Diogene Laert. I. 89. *ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια* i. e. carmina et griphos versibus hexametris ad ter milia. De epigrammate in Midam deque epistola Cleobuli ad Solonem conscripta cfr. Diog. Laert. l. c. et Menagius ad h. l. Cleobulum participem sapientiæ Aegyptiacæ fuisse testantur Diog. Laert. l. c. et Suidas s. v. *Κλεόβουλος.* Unum tantum ænigma Cleobuli relictum est, quod præter Diogen. Laert. I. 91. Stobæus eclog. phys. I. p. 240. (ed. Heeren.) servavit et Suidas s. v. *Κλεοβουλίνη*, qui versum primum et partem secundi laudat. Suidas ænigma hoc Cleobulinæ attribuit, nec tamen est cur eius testimonium duobus aliis præferamus. In antholog. quoque cod. Pal. XIV. no. 101. invenitur et ita a Jacobsio emendatum legitur:

Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δυοκαίδεκα· τῶν δὲ θ' ἑκάστῳ
παῖδες τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι·
αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι·
ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι, ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

---

der man aber sagen kann, dass ihr kein volk allgemein und länger und in einem hohern grade nachgehangen habe als die Griechen." Meiners geschichte der wissenschaften I. p. 60.

[1]) Cfr. Curtii histor. Gr. I. p. 425. seq.

[2]) Cfr. Bernhardyi liter. Gr. I. p. 392. (ed. III.)

V. 1. cod. Pal. habet falsum *δυωκαίδεκα*, Diog. et Stob. *παῖδες δὲ δυώδεκα.* Cod. Pal. *τῶν δέ θ' ἑκάστῃ.* Stob. *τῶν δὲ ἑκάστῳ*, Diog. *χ' ἑκάστῳ.* V. 2 cod. Pal. *παῖδες τριήκοντα διάνδιχα*, Diog. *παῖδες ἑξήκοντα ... * *παῖδες ἔασι τριήκοντ' ἄνδιχα*, Suid. *παῖδες τριάκοντα.*

Jablonskius, vir rerum Aegyptiacarum peritissimus, in panth. Aegypt. I. prolog. p. CXIII. hoc Cleobuli ænigma, quo significatur annus constans duodecim mensibus, quorum unusquisque triginta dies candidos, totidemque noctes nigras habet ex fabulis et doctrina Aegyptiorum desumptum esse docet. Hanc Jablonskii sententiam veram esse posse ex iis, quæ modo de Cleobulo diximus elucet, si consideramus Aegyptiorum sapientiam imprimis astronomicam et physicam fuisse, et Aegyptios constitutionem anni fabulis sæpissime expressisse, cfr. Jablonsk. l. c. I. p. 122. seq., ipsumque annum Aegyptiorum antiquis temporibus dies tantum 360 complexum esse. Cfr. Jablonsk. l. c. I. p. 143. seq.

Haud minorem quam eius pater assecuta est gloriam ænigmatis suis Cleobulina, Cleobuli filia, seu proprio nomine Eumetis, nam Cleobulina significat Cleobuli filiam, ut Nerina Nerei filiam, Euenina Eueni filiam, similia. Cfr. Plutarch. conviv. sept. sap. p. 562. ed. Reisk. tom. VI. Diog. Laert. I. 89. 91. ibique Menag. Suidas s. v. *Κλεοβουλίνη.* De Cleobulinæ ænigmatis inter veteres Diotimus Olympenus, teste Athen. X. p. 448. B, scripsit, Athenæi æqualis et familiaris. Plutarchus l. c. laudat Cleobulinam a sapientia, animi altitudine et ænigmatum peritia, dicitque eius ænigmata etiam in Aegypto celebrata fuisse. Laertius l. c. nominat eam *ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτριαν.* Menagius respiciens verba Plutarch. conviv. sept. sap. p. 585. ed. Reisk. tom. VI. ænigma de cucurbitæ applicatione Cleobulinæ adscribit, nobis libenter assentientibus, siquidem illum simplicem versum hexametrum sumit, quemadmodum ap. Plutarch. l. c. et ap. Aristotel. rhet. III. 2. 12. de arte poet. 22. 5. legitur:

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

posterior enim ætas hexametro adiecit pentametrum, qui legitur ap. Athen. X. p. 452. C:

οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

Adde Demetrium de elocutione §. 102. et Joann. Siceliotam Schol. Hermog. in rhetor. Walzii tom. VI. p. 200. et Schol.

Anonym. in rhetor. Walzii tom. VII. p. 949. ubi prior versus ita legitur:

Εἶδον ἐγώ πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

Bergkius in comment. de reliqu. com. Attic. antiqu. p. 112. etiam ænigma hoc de cucurbita Cleobulinæ vindicans male pentametrum adiungendum hexametro esse putavit, quum expresse Laertius Cleobulinam *ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτριαν* nominet.

De aliis, qui annumerantur septem sapientibus, quod poesim ænigmaticam attinet, parum certi dici potest. Apud Plutarchum in conviv. sept. sap. p. 555. ed. Reisk. tom. VI. Bias acutus in ænigmatis solvendis fuisse prædicatur. Amasis, rex Aegypti, ut exploraret Biantis sapientiam victimam ei misisse perhibetur eo quidem consilio ut exemptam ex ea optimam et pessimam carnem sibi mitteret. Bias linguam exsectam misit, nimirum quia sermo et utilitatis et damni plurimum affert, ut addit Plutarch. de auditione p. 137. tom. VI. ed. Reisk. Ceterum eadem fabula de Aesopo narratur; cfr. vita Aesopi p. 28. ed. Westermanni. Utrum Bias versibus ænigmata composuerit a Plutarcho non refertur. Idem in conviv. sept. sap. multa alia salse dicta et ænigmata sapientibus attribuit, (ex. gr. p. 582. ubi Thaleti eiusmodi quæstiones proponuntur: Quid est antiquissimum? Deus, inquit Thales, ortu enim caret. Quid maximum? Locus: reliqua enim mundus continet, ab hoc continetur. Quid pulcerrimum? Mundus: omnes enim eius partes ordine aptæ sunt. Quid sapientissimum? Tempus: id enim alia invenit, reliqua inveniet. Similia.) quæ, quatenus veteribus illis sapientibus sint vindicanda, difficile est ad discernendum, quum ætas posterior, quæcunque acute dicta erant, ea septem illos sapientes dixisse putaret. Hoc maxime de Aesopo valet in cuius vita fabulosa a Maximo Planude conscripta varia ænigmata commemorantur, quorum maxime memorabile est illud, quod rex Aegypti Nectanebo Babyloniorum regi, cuius mancipium Aesopus erat, proposuit: Est templum magnum et in ipso columna duodecim habens urbes, quarum quælibet triginta trabibus sustinetur; has vero trabes duæ circumeunt mulieres. Quod ænigma, quum nemo solvere posset, Aesopus ita explicavit: Templum est mundus, columna vero annus, urbes sunt menses, trabes autem dies, et mulieres duæ sunt dies et nox. Cfr. vita Aesopi ed. Westermann. p. 51.

Inde ab ætate septem sapientum usque ad comicorum tempora, quod poesim ænigmaticam attinet, certa testimonia veterum desiderantur. Haud dubie hæc poesis, quæ tantum in initiis et primordiis poesis proprio quasi Marte et sui iuris esse potest [1]), aliis poesis generibus, quæ mox post ætatem septem sapientum exculta sunt, imprimis lyrica poesi repressa est. Nec tamen propterea poesim ænigmaticam prorsus neglectam esse iudicandum est. Græci ut erant in omni vita hilaritatis omnisque generis facetiarum amantissimi haud dubie consuetudinem illam antiquam inter cœnandum tempus ænigmatis conterendi non deposuerunt. Dores saltem, a quibus hæc poesis præ ceteris Græcis exculta est [2]), hanc poesim retinuisse verisimile est. Nota est cuique Dorum brevis et concisa dictio iam ab Homero commemorata [3]), quæ sæpe usque ad obscuritatem assurgit, et quasi sponte ænigmata efficit [4]). Nec minus gnomarum et apophthegmatum usus, quem Dores magnopere amabant, ad poesim ænigmaticam invitabat [5]). Scimus quoque iam pueros in solvendis acutis quæstionibus Spartæ exercitos [6]) et in syssitiis facetias iocosque in usu fuisse [7]), quin etiam Ioco tanquam deo Spartæ statua posita esse dicitur [8]).

Parum opportune accidit quod ex Dorum poesi pauca tantum fragmenta temporum iniuria sunt relicta: sed etiam ex iis, quæ exstant, nativa Dorum festivitas et hilaritas cognosci potest [9]). Eorum comœdiæ iocosis dicteriis, ænigmatis aliisque facetiis erant plenæ miro quodam modo ridicula cum seriis miscentes « proprium enim poesi Doriensi in omni genere carminum, quamvis intemperatæ licentiæ et obscœnis turpissimisque

---

[1]) De aenigmatica poesi variorum populorum in primo statu culturae versantium cfr. Vischer. aesthet. III. p. 1470.

[2]) Cleobulus et Cleobulina maximi aenigmatum poetae Rhodii erant, ergo Dores Cfr Müller hist. Dor. II. p. 392. (ed. I.)

[3]) Cfr. Iliad. III 213. et comment. ad h. l.

[4]) Cfr. Plutarch. de garrul. 17. Lycurg. ap. Apostol. 9. 69. Demetr. de elocut. 8. 241. Plat. leg. I. p. 641.

[5]) Cfr. Müller. l. c. II. p 392.

[6]) Cfr. Heracl. Pont. 2. Plutarch. Lycurg. 17. 19. Müller. l. c. II. p. 389.

[7]) Cfr. Xenoph. polit. III. 5. Plutarch. Lycurg. 12.

[8]) Cfr. Müller. l. c. II. p. 390.

[9]) Cfr. Grysar. de Doriens. com. c. 1.

dictis repleta essent, admixtas esse admonitiones et sententias ad vitam moresque utiles.» Jahn. proleg. in Pers. p. 91.

Nemo veterum poesis ænigmaticæ Doriensis exempla nobis servavit excepto illo de tripode et Oedipo, ænigmate iocoso, ap. Athen. II. p. 49. C, quod Grysarius de Doriens. com. p. 292. ex fabula Epicharmi *Σφίγξ* desumptum esse scite coniecit [1]):

A. Τί δὲ τάδ' ἐστί; B. δηλαδὴ τρίπους. A. τί μὰν ἔχει πόδας.
*τέτορας; οὐκ ἔστιν τρίπους, ἀλλ' ** οἶμαι τετράπους.*
B. ἔστι δ' ὄνομ' αὐτῷ τρίπους, τέτοράς γε μὰν ἔχει πόδας.
A. Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἦν, αἴνιγμά τοι νοεῖς.

quæ enim Clearchus ap. Athen. X p. 452. F mimorum Italicorum exhibet exempla [2]) potius ioci et salse dicta quam ænigmata nominanda sunt. Utinam Clearchus vel eius epitomator dilucidius exposuissent quæ dicturi erant, comparationem enim mimorum Italicorum cum Theodectis ænigmatis [3]), quam Athenæus l. c. facit, nullo modo intelligimus nec minimam similitudinem inter ænigmata Theodectis et mimorum Italicorum dicta invenimus. De Dorum igitur ænigmatis plura dicere non possumus, certioribus veterum testimoniis destituti.

Priusquam ad tragicorum et comicorum ænigmata accedamus, pauca nobis de Theognide, qui ætate illos antecessit (vixit enim circa Olymp. LXV.) dicenda sunt, inter cuius gnomas nonnulla ænigmata aut ænigmatis similia poematia inveniuntur; in editione Welckeriana p. 58. a. v. 1081 usque ad v. 1112. Quodsi hæc poematia accuratius considerantur, omnia excepto illo de cochlea v. 1111. et 1112., quod etiam ap. Athen. X. p. 457 B legitur:

Ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάσσιος οἴκαδε νεκρὸς,
τεθνηκὼς ζωῷ φθεγγόμενος στόματι.

---

1) Ex recensione Dindorfii; v. 2. post *ἀλλ'* excidisse videtur *ἐστιν*.

2) Athen. l. c. *Τοιοῦτοι δ' ἦσαν, οὓς ἐποίουν* (scil. Dromeas Cous, Aristonymus, Cleo Mimaulus alii mimi Italici) *γρίφους. οἷον Ἀγροίκου τινὸς ὑπερπλησθέντος καὶ κακῶς ἔχοντος, ὡς ἠρώτα αὐτὸν ὁ ἰατρὸς, μὴ εἰς ἔμετον ἐδειπνήσεν; οὐκ ἔγωγε, εἰπεῖν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν. Καὶ πτωχῆς τινος τὴν γαστέρα πονούσης, ἐπεὶ ὁ ἰατρὸς ἐπυνθάνετο μὴ ἐν γαστρὶ ἔχει; πῶς γε, εἰπεῖν, τριταία μὴ βεβρωκυῖα; κτλ.*

3) Vide Theodectis aenigmata p. 42.

et fortasse illo, quod in editione Welckeriana a. v. 1097. seq. legitur:

Νεβρὸν ὑπὲξ ἐλάφοιο λέων ὣς ἀλκὶ πεποιθὼς,
ποσσὶ καταμάρψας, αἵματος οὐκ ἔπιον·
τειχέων δ' ὑψηλῶν ἐπιβὰς, πόλιν οὐκ ἀλάπαξα·
ζευξάμενος δ' ἵππους, ἅρματος οὐκ ἐπέβην·
πρήξας δ' οὐκ ἔπρηξα, καὶ οὐκ ἐτέλεσσα τελέσσας·
δρήσας δ' οὐκ ἔδρησ', ἤνυσα δ' οὐκ ἀνύσας.

et comparationem pueri cum hinnuleo, amatoris cum venatore continet, — omnia alia poematia ænigmata proprio sensu vocari non possunt, sed sunt allegoriæ et metaphoræ. Attamen animadvertendum est et hæc et multa alia carmina, quæ sub Theognidis nomine circumferuntur, suppositicia esse. Antiquissima enim si respicis testimonia, quæ Theognidis carminum mentionem faciunt, cognosces omnia amatoria et ludicra carmina Theognidi esse abiudicanda. Veteres tantum gnomicam poesim Theognidis agnoscunt. Xenophon ap. Stob. serm. 88. p. 499.: *Θεόγνιδός εἰσιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως· οὗτος ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων.* Plat. leg. I. p. 630 cum Tyrtæo, fortitudinis præcone, Theognidem comparat eiusque poesim *δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην καὶ φρόνησιν* spectare dicit. Isocrates ad Nicocl. c. 12. carmina eius *συμβουλεύοντα, ἀρίστους συμβούλους, ὑποθήκας* nominat. Ipsum quoque ænigmatum et ænigmatis similium carminum argumentum hæc poematia Theognidi abiudicari iubet. Omnia enim hæc carmina (excepto illo de cochlea et illo quo poeta se ipsum indicat ap. Welck. v. 1103. et 1104.) licentiam iuvenilem spirantia cum gnomologia, scripta a poeta ætate provecto, nihil commune habent, illa autem duo (v. 1103. et 1104. et 1111. et 1112.) a seria poesi Theognidea plane abhorrent [1]).

Apud Athenienses usque ad comicorum tempora nullam ænigmaticæ poesis notitiam habemus, unde coniicere licet ludum hunc convivalem aut aliis, magis ingenuis Atheniensiumque animo magis convenientibus ludis loco cessisse, aut si erat in usu, arctis finibus circumscriptum fuisse. Graviores homines hunc ludum ex cœtu suo excludebant, quamvis aliis ludis indul-

---

1) Cfr. Welcker. proleg. in Theogn. p. LXXIX. XCVI. seq.

gerent. Nec Plato nec Xenophon in symposiis suis, quanquam varia genera ludorum commemorant, ænigmatum ullam mentionem faciunt, quin immo divinus Plato cum contemptu quodam de ænigmatum lusu loquitur rep. V. p. 479. C inter pueriles nugas ænigmata referens, eaque cum sophistarum quæstiunculis comparans. Alii natura tristiores quum hoc ludorum genus tum illas ludicræ eruditionis ostentationes, quæ in cœtu convivalium iam comicorum temporibus pedetemtim in consuetudinem veniebant et postea magis magisque increscebant, aspernabantur. Nota est Isocratis responsio, qui «quum in convivio a sodalibus rogaretur, ut aliquid in medium de eloquentiæ suæ fonte proferret, hac venia deprecatus est: quæ præsens, inquit, locus ac tempus exigit, ego non calleo; quæ ego calleo nec loco præsenti sunt apta nec tempori.» Macrob. Saturn. VII 1.[1]).

Age inquiramus unde ille usus vel potius abusus ænigmatum comicorum temporibus, qui eum sæpissime acerrimis verbis exagitant, ut mox videbimus, tantopere pervulgatus sit.

Mihi persuasum est consuetudinem illam inter cœnandum ænigmatis se oblectandi a sophistis potissimum introductam, certe magis pervulgatam esse. Ut taceam de patria sophistarum Sicilia, ubi ænigmata pro Dorum natura erant in usu, iam ipsa ars sophistica, quæ argutiis et captiunculis erat plena et ad omnes quæstiones responsiones in promptu se habere gloriabatur, ansam quæstionum ænigmaticarum in se habebat. Aristophanes in nubibus hilariter eiusmodi argutas sophistarum quæstiones perstringit, ut v. 145 seq. si Socrates Chærephontem interrogat pulex quot suos ipsius pedes saltaverit, quum morso Chærephontis supercilio in caput Socratis inde insiluerit; aut v. 156. seq. utrum putaret culices ore canere an vero podice. Sunt hæ quidem cavillationes comici, sed a veritate non alienæ; disquisitiones enim sophistarum in tam ineptas quæstiunculas incidisse et aliunde scimus. Cfr. Platon. Phædr. p. 266. seq. Sophist. p. 233. E, Repub. V. p. 454. Euthyd. p. 286. 288. 294. Welcker. in museo Rhen. I. p. 544. seq.

Contendo igitur sophistarum verborum concertationes haud parvum ad ænigmatum pervulgationem attulisse, quæ quum

---

[1]) Cfr. Plutarch. quaest. symp. I. 1.

propriam sedem in conviviis haberent, eo magis in vulgo vagabantur, quo magis in dies luxuria et comissationes augebantur.

Athenienses enim postquam ætate Periclea civitas eorum ad summum gloriæ fastigium pervenit, eodem fere tempore præcipites ad perniciem sese verterunt. Res publica demagogis commissa est, militia mercenariis, negotia servi et peregrini occuparunt, omnes cives otium quærebant, quod varias voluptates et luxum invexit[1]) Græci ut erant societatum et conventuum amantissimi conviviis maxime delectabantur, postquam autem edendi libidini satisfecerunt, remotis mensis et poculis administratis ad garrulitatem sese accinxerunt, «quod neque muti esse poterant homines præsertim Græci, quos in literis quoque omnium loquacissimos esse Strabo professus est, neque difficiles iis et convivandi hilaritati parum aptæ disputationes placebant.» Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. p. 211.

Usus hic ænigmatis tempus conterendi apud Athenienses, qua erant animi alacritate et levitate, usque ad insaniam abiisse videtur, ipsosque poetas occupavit et effecit ut etiam in tragœdiis ænigmata intexerentur[2]).

Jam Euripides hoc exquisito genere poesis fabulas suas exornavit. Legimus enim ap. Cicer. divin. II. 64.: «Nam Pacuvianus Amphion:

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
capite brevi, cervice anguina, adspectu truci,
eviscerata, inanima, cum animali sonu.

quum dixisset obscurius, tum Attici[3]) respondent:

Non intelligimus, nisi si forte dixeris.

At ille uno verbo: testudo. Non potueras igitur hoc a principio citharista dicere?» Aenigma hoc desumptum est ex Pacuvii Antiopa, quam fabulam Pacuvius tam accuratissime ex Euripidis Antiopa convertit, ut Cicer. de finib. I. 2. dicere posset: «quis tam inimicus pæne nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut reiiciat, qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat?» Ibidem dicit has fabulas Latinas ad verbum

---

[1]) Cfr. Thucyd. III. 82. Plat. leg. III. p. 701.
[2]) Cfr. Meinck. hist. crit. comic. Gr. p. 277.
[3]) Pro corrupto hoc vocabulo Orellius proposuit: Astici; Welckerus: Bacchici, Bergkius: rustici. Cfr. Wagner. trag. Gr. fragm. II. p. 94.

de Græcis expressas esse; quod si ita est, Pacuvium etiam in illo de testudine ænigmate Euripidem secutum esse, necesse est.

Sæpissime autem ænigmata fabulis inseruisse videtur Theodectes Phaselita, qui natus circa Olymp. C. postquam Platonem, Aristotelem, Jsocratem audivit, initio rhetoris munus suscepit, deinde poesi animum applicavit [1]. Hic Theodectes ænigmatis laudem sibi comparasse dicitur. Athen. X. p. 451. E refert Theodectem *ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως.* Pollux autem VI. 107. Theodectem *εὐδοκιμήσαντα ἐν γρίφοις* nominat; eundem nomen indidisse ænigmatis, quæ *μνημόνια* vocantur, diximus h. dissert. p. 9. Duo Theodectis ænigmata pervenusta Athenæus servavit, unum de die et nocte ex fabula «Oedipus» desumptum, ap. Athen. X. p. 451. F; ap. Nauck. in fragm. trag. Gr. p. 623. no. 4.:

Εἰσὶ κασίγνηται διτταὶ, ὧν ἡ μία τίκτει
τὴν ἑτέραν, αὐτὴ δὲ τεκοῦσ' ὑπὸ τῆσδε τεκνοῦται.

alterum de umbra ex fabula incerta petitum, ap. Athen. l. c. ap. Nauck. l. c. p. 627. no. 18.:

Τίς φύσις οὔθ' ὅσα γαῖα φέρει τροφὸς οὐδ' ὅσα πόντος,
οὔτε βροτοῖσιν ἔχει γυίων αὔξησιν ὁμοίαν.
ἀλλ' ἐν μὲν γενέσει πρωτοσπόρῳ ἐστὶ μεγίστη,
ἐν δὲ μέσαις ἀκμαῖς μικρὰ, γήρᾳ δὲ πρὸς αὐτῷ
μορφῇ καὶ μεγέθει μείζων πάλιν ἐστὶν ἁπάντων [2].

Alia ænigmatum exempla tragicorum non exstant, quamquam coniicere possumus consuetudinem exquisitum hoc genus poematiorum fabulis inserendi communem fuisse, nam si vel principes poetæ hoc faciebant, quanto verisimilius est hoc inferiores fecisse, quippe quum ars tragica statim post Sophoclis ætatem miram quandam depravationem accepisset. Ars enim summa poesis a pœtastris illius temporis in artificiosa verborum coniunctione, in nebulosa quadam oratione et obscuris verborum ambagibus et circuitionibus ponebatur. Fuerunt præsertim inter tragicos qui totos fere libellos tam *αἰνιγματωδῶς* componerent, tam abscuris et implicatis dictionibus suam orationem

---

[1]) Cfr. Bernhardyi hist. liter. Gr. II. 2. p. 61. (ed. II.)

[2]) Ex emendatione Nauckii. V. 1. *τῆς φύσεως* libri; *τίς φύσις* Porson.

inficerent, ut ad eam intelligendam non vulgari sed Oedipodeo acumine opus esset. Luculenta exempla eiusmodi abusus poesis præbet ex Achæi Eretriensis et Jonis fabulis Athen. X. p. 451. C D, quæ hic apponere lubet.

De Achæo Eretriensi, qui innotuit circa Olymp. LXXIV. (cfr. Bernhardyi hist. liter. Gr. II. 2. p. 50. ed. II.) Athen. l. c. hæc habet: *γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὴν φράσιν, καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἴριδι σατυρικῇ.*

λιθάργυρος δ'
ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα
τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ. [1])

ubi Achæus, ut Athenæus l. c. dicit, pro loro albo scripsit Laconicam scytalam, sed ne scytalam quidem dixit, sed scytalæ loco intulit *κύρβιν*, qua voce Athenienses tabulas, leges significabant. Cfr. Casaub. ad h. l.

Jon autem, natus circa Olymp. LXX. (cfr. Bernhardy. l. c. p. 49.) ap. Athen. l. c. viscum ita circumscribit:

δρυός μ' ἱδρὼς
καὶ θαμνομήκης ῥάβδος ἥ τ' Αἰγυπτία
βόσκει λινουλκὸς χλαῖνα, θήραγρος πέδη [2]).

In hanc tragœdiæ artis depravationem, quæ totam poesim omnemque sensum boni et venusti destruere minitabatur, comici acerrimis verbis invehebantur. Sicut tragœdiarum scriptores fabulas suas ænigmatis et obscuris dictionibus exornare studebant, ita comici plerumque hoc genus ludicrum aspernabantur et insectabantur.

Inter poetas antiquæ comœdiæ ænigmata maxime traduxisse videtur Cratinus, (vixit ab Olymp. LXV. 1. usque ad Olymp. LXXXIX. 2. cfr. Meinek. hist. crit. com. Gr. p. 44.) poeta ingeniosus sed flagitiosis amoribus et gulæ nimis deditus, quem decrepitum senem et delirio proximum derisit Aristophanes in equit. 528. seq., quocum Cratinus perpetuas exercuit inimicitias. Cfr. Meinek. l. c. Scripsit Cratinus fabulam «*Κλεοβουλῖναι*» (ita

---

[1]) Dedi ex emendat. Nauckii fragm. trag. Gr. p. 582. no. 18.

[2]) Ita ap. Nauck. l. c. p. 574. no. 40.

a Cleobulina, Cleobuli filia, multorum ænigmatum auctore, appellatam) quæ magnam partem ex ænigmatis conflata fuit. Cfr. Meinek. l. c. p. 277. Haud dubie induxit Cratinus in hac fabula Cleobulinam sicut postea Antiphanes Sapphonem, Eubulus Sphingocarionem in scenam una cum sociis mulieribus, quæ ænigmata sibi proponerent et solverent. Finis et consilium huius comœdiæ fuit, secundum Meinekium l. c. p. 277., cavillatio et exagitatio ænigmatum, quæ Athenis illo tempore «in quandam quasi ludendi insaniam degenerarunt.» Pauca tantum exstant huius comœdiæ fragmenta, quorum indicia ænigmatum habent: ap. Meinek. fragm. com. Gr. II. p. 69. no. 3:

Ἔστιν ἄκμων καὶ σφῦρα νεανίᾳ εὔτριχι πώλῳ.

in quibus verbis Meinekius obscœnum sensum suspicatur; et ap. eund. no. 7.: Photius lex. p. 645. 8.: *Φέροικος ἐν Κλεοβουλίναις. ζῷον ὅμοιον γαλῇ, λευκὸν, φωλεῦον ἐν ταῖς ῥίζαις τῶν δρυῶν, βαλανηφάγον, οὕτω καλούμενον.* Verba hæc, in quibus mutilata esse hexametra liquet, cochleam significant.

Apud Aristophanem unum tantum exemplum parodiæ per ænigma exstat, nisi illas cavillationes sophistarum in nubibus (v. h. dissert. p. 40.) huc adducere velis, et quidem in vesp. v. 20 seq.:

Οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος.
Πῶς δὴ, προσερεῖ τις τοῖσι συμπόταις λέγων,
ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ
κἀν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα [1]);

«ubi Cleonymi *ῥιψάσπιδος* ignaviam poeta traducit comparatque aquilæ undique circumvolanti, ut monstrum dignum Thebano ænigmate ostendat, quod in cœlo, terra et mari scutum abiiciat. Nam summa ignominia ex clypei amissione arguitur, unde Lacænæ illius fortissimæ matris dictum ad filium *ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν*, puta *ἀσπίδα*» [2]).

De ceteris comœdiæ antiquæ poetis, quatenus ænigmata fabulis suis intexuerint, nihil constat: eo sæpius autem ænigmata in fabulis comicorum mediæ comœdiæ inveniuntur, namque

---

[1]) Ex editione Dindorf.
[2]) Ex commentar. Dindorf. ad h. l.

nova causa ænigmatizandi oblata est. Quum enim licentia poetarum antiquæ comœdiæ, qui quidquid sibi vituperatione dignum videretur, sub censuram vocarent et in scena et quidem nominatim [1]) perstringerent, legibus coercita esset [2]), iam deinde poetæ comœdiæ mediæ, quum eadem quæ antiquæ auctores vitia insectarentur, si certæ personæ irridebantur, fictis id nominibus, allegoriis, sæpe ænigmatis faciebant. Ita rhetores et demagogi ænigmatis caute reprehendebantur: cfr. Athen. X. p. 450. E (h. dissert. p. 47.) sophistæ: cfr. Athen. X. p. 450. C (h. dissert. p. 47. seq.) ne poena incurreretur legibus statuta, si quis in scena nominatim perstringeretur. Aristoteles hoc mediæ comœdiæ dicendi genus per ambages et anfractus in ethic. Nicom. IV. 8. nominat *ὑπόνοιαν*, opponens veteris comœdiæ *αἰσχρολογίᾳ*, quæ vox, auctore Meinekio hist. crit. com. Gr. p. 273., non tam de verborum obscœnitate, quam de aperta cavillatione et vituperatione intelligenda est. Alii expresse characterem mediæ comœdiæ ænigmaticum nominant. Schol. Dionysii Thrac. p. 749. *τρεῖς διαφορὰς ἔδοξεν ἔχειν κωμῳδία, καὶ ἡ μὲν καλεῖται παλαιὰ, ἡ ἐξ ἀρχῆς φανερῶς ἐλέγχουσα, ἡ δὲ μέση (καὶ) αἰνιγματώδης, ἡ δὲ νέα κτλ.* Quibus similia habet Andronicus ap. Bekk. anecd. III. p. 1461, Tzetzes ap. Cramer. anecd. III. p. 377. et Anonymus de com. p. XXXI. Cfr. Meinek. l. c. Frequentissime autem auctores mediæ comœdiæ tragicorum et aliorum poetarum obscuras dictiones, eorum ampullata et sesquipedalia verba hilari modo ænigmatis exagitant, nec minus vitæ quotidianæ ænigmatum abusum, ut sirpos sirpis insectantes ridente ore æqualium suorum ineptias ostendant.

Iam comici, qui ænigmata fabulis suis intexuerunt, quantum quidem ex relictis fragmentis scimus, hi sunt:

1. Antiphanes, qui vixit ab Olymp. XCIII usque ad Olymp. CXII. De vita eius et scribendi genere, cfr. Meinek. hist. crit.

---

[1]) Cicero de rep. IV. 10. apud quos (Graecos) fuit etiam lege concessum ut, quod vellet comoedia, de quo vellet, nominatim diceret. Cfr. Meinek. hist. crit. com. Gr. p. 39.

[2]) Iam Morychide archonte h. e. Olymp. LXXXV. 1. senatus consulto cautum est *μὴ κωμῳδεῖν ὀνομαστί.* Quod psephisma a poetis per longius tempus non observatum et prorsus neglectum postea saepius repetitum est, Olymp. XCI. 1. deinde Olymp. XCIII. 4. tempore triginta tyrannorum. Cfr. Meinek. hist. crit. com. Gr. p. 39. seq.

com. Gr. p. 304. seq. Aenigmata eius fabulis inserta maxima ex parte sunt satirica. In Cnœthideo vel Ventroso ap. Athen. X. p. 448. F, ap. Meinek. fragm. com. Gr. III. p. 66. [1]):

Ἐγὼ πρότερον μὲν τοὺς κελεύοντας λέγειν
γρίφους παρὰ πότον ᾠόμην ληρεῖν σαφῶς
λέγοντας οὐδέν· ὁπότε προστάττοιτό τις
εἰπεῖν ἐφεξῆς ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει,
ἐγέλων νομίζων λῆρον· οὐκ ἂν γενόμενον
οὐδέποτε γ' ᾤμην πρᾶγμα παντελῶς λέγειν
ἐνέδρας δ' ἕνεκα. νυνὶ δὲ τοῦτ' ἔγνωχ' ὅτι
ἀληθὲς ἦν· φέρομεν γὰρ ἄνθρωποι δέκα
ἔρανόν τιν', οὐ φέρει δὲ τούτων τὴν φορὰν
οὐδείς· σαφῶς οὖν ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει,
τοῦτ' ἔστιν, ἦν θ' ὁ γρῖφος ἐνταῦθα ῥέπων.
καὶ τοῦτο μὲν δή κἄστι συγγνώμην ἔχον·
ἀλλ' οἷα λογοποιοῦσιν ἐν τῷ πράγματι
οἱ τἀργύριον μὴ κατατιθέντες, ὡς σφόδρα
Φίλιππος. ἆρ' ἦν εὐτυχής τις νὴ Δία.

poeta hilariter Philippum quendam, parasitum, perstringit, qui invocatus convivio se ingerere solebat. Alii his verbis Philippum regem, qui nihil in Græciam intulit, et per nefas omnia auferre conabatur, indicari putant. Cfr. Casaub. ad h. l.

Antiphanis elocutio simplex est et perspicua nisi ubi consulto obscura oratione utitur imitans versificatores suæ ætatis ad exprobrandam eorum poesim. In Aphrodisio ap. Athen. X. p. 449. B, ap. Meinek. III. p. 26. iocose ampullatam poesim persequitur ostenditque quantis ambagibus simplices voces illi poetæ circumscribant et tenebris offundant:

A. Πότερ', ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω,
ἢ τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος
πλαστὸν ἐκ γαίης, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ,
νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλακτοθρέμμονα
τακεροχρῶτ' εἴδη κύουσαν; *B.* Ἡράκλεις, ἀποκτενεῖς
ἆρά μ' εἰ μὴ γνωρίμως μοι πάνυ φράσεις κρεῶν χύτραν.

[1]) Fragmenta comicorum Graecorum ubique ex emendatione Meinekiana cito.

A. εὖ λέγεις. ξουθῆς μελίσσης νάμασιν δὲ συμμιγῆ
μηκάδων αἰγῶν ἀπόῤῥουν θρόμβον, ἐγκαθήμενον
εἰς πλατὺ στέγαστρον ἁγνῆς παρθένου Δηοῦς κόρης,
λεπτοσυνθέτοις τρυφῶντα μυρίοις καλύμμασιν;
ἢ σαφῶς πλακοῦντα φράζω σοι; *B.* πλακοῦντα βούλομαι. κτλ.

Idem facit Antiphanes in Suiamante ap. Athen. p. 455. F, ap. Meinek. l. c. III. p. 25. ubi griphum de caseo affert:

Τροφαλίδας τε λινοσάρκους, μανθάνεις; τυρὸν λέγω;

carpens poetas, qui etiam res vilissimas circumscriptionibus ad cothurni altitudinem attollere vellent.

Pulcerrimum exemplum sui acuminis exhibuit Antiphanes in Sapphone ap. Athen. X. p. 450. E, ap. Meinek. l. c. III. p. 112. ubi rhetores et demagogi acerbe vellicantur. Induxit enim poeta Sapphonem, fortasse instar Cratini, qui Cleobulinam eodem modo loquentem fecit, in scenam proponentem griphos inter alios et illum, quem Athenæus l. c. servavit:

Ἔστι φύσις θήλεια βρέφη σῴζουσ' ὑπὸ κόλποις
αὑτῆς, ὄντα δ' ἄφωνα βοὴν ἵστησι γεγωνὸν
καὶ διὰ πόντιον οἶδμα καὶ ἠπείρου διὰ πάσης
οἷς ἐθέλει θνητῶν, τοῖς δ' οὐδὲ παροῦσιν ἀκούειν
ἔξεστιν, κωφὴν δ' ἀκοῆς αἴσθησιν ἔχουσιν.

Socii Sapphonis consulto ut videtur sensum huius ænigmatis non capientes, griphum false de rhetoribus et demagogis certe cum risu et applausu audientium interpretantur, donec Sappho iis aperit gripho epistolam significari. Hunc Antiphanis de epistola griphum imitatus est Basilius Megalomites (de quo infra) versibus politicis, ap. Meinek. l. c. III. p. 113.

Quæ leguntur ænigmata in Antiphanis Problemate ap. Athen. X. p. 450. C ap. Meinek. III. p. 109.:

A. Ἰχθύσιν ἀμφίβληστον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων,
οἰηθεὶς, μεγάλῃ δαπάνῃ μίαν εἵλκυσε πέρκην·
καὶ ταύτην ψευσθεὶς ἄλλην κεστρεὺς ἴσον αὐτὴν
ἦγεν. βουλομένη δ' ἕπεται πέρκη μελανούρῳ.
B. κεστρεὺς, ἀνὴρ, μελάνουρος, οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγεις·
οὐδὲν λέγεις γάρ. *A.* ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω.
ἔστι τις ὃς τὰ μὲν ὄντα διδοὺς οὐκ οἶδε δεδωκὼς

οἶσι δέδωκ', οὐδ' αὐτὸς ἔχων ὧν οὐδὲν ἐδεῖτο.
B. *διδούς τις οὐκ ἔδωκεν οὐδ' ἔχων ἔχει;*
οὐκ οἶδα τούτων οὐδέν. A *οὐκοῦν ταῦτα καὶ*
ὁ γρῖφος ἔλεγεν. ὅσα γὰρ οἶσθ' οὐκ οἶσθα νῦν,
οὐδ' ὅσα δέδωκας, οὐδ' ὅσ' ἀντ' αὐτῶν ἔχεις.
τοιοῦτο τοῦτ' ἦν B. *τοιγαροῦν κἀγώ τινα*
εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς βούλομαι γρῖφον. A. *λέγε.*
B. *πίννη καί τρίγλη φωνὰς ἰχθῦ δύ' ἔχουσαι*
πόλλ' ἐλάλουν, περὶ ὧν δὲ πρὸς ὅν τ' ᾤοντο λέγειν τι
οὐκ ἐλάλουν· οὐδὲν γὰρ ἐμάνθανεν, ὥστε πρὸς ὃν μὲν
ἦν αὐταῖς ὁ λόγος, πρὸς δ' αὐτὰς πολλὰ λαλούσας
αὐτὰς ἀμφοτέρας ἡ Δημήτηρ ἐπιτρέψει.

a variis varie intellecta sunt. Haud dubie poeta versibus his certos quosdam homines eorumque mores, qui æqualibus noti erant, perstringit: nobis posterioribus sensus horum griphorum, deficientibus certioribus notitiis, interclusus est. Dalecampius omnes hos versus in obscœnam sententiam interpretatus est; Casaubonus his griphis inanes et mente cassas sophistarum disputationes traduci putat.

In Ganymede ap. Athen. X. p. 459. A, ap. Meinek. III. p. 44. Antiphanes hilariter lusum ænigmaticum ita exagitat:

Οἴμοι περιπλοκὰς
λίαν ἐρωτᾷς. B. *ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω.*
τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοισθά τι,
ταχέως λέγειν χρὴ πρὶν κρέμασθαι. A. *πότερά μοι*
γρῖφον προβάλλεις τοῦτον εἰπεῖν, δέσποτα,
τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξύνοιδά τι,
ἢ τί δύναται τὸ ῥηθὲν; B. *ἔξω τις δότω*
ἱμάντα ταχέως. A. *οἷον οὐκ ἔγνων ἴσως.*
ἔπειτα τοῦτο ζημιοῖς με; μηδαμῶς.
ἅλμης δ' ἐχρῆν τι περιφέρειν ποτήριον.
B. *οἶσθ' οὖν ὅπως δεῖ τοῦτο σ' ἐκπιεῖν.* A. *ἐγὼ*
κομιδῇ γε. B. *πῶς; ἐνέχυρον ἀποφέροντά σου.*
B *οὐκ ἀλλ' ὀπίσω τὼ χεῖρε ποιήσαντα δεῖ*
ἕλκειν ἀπνευστί.

2. Alexis Thurius, vixit ab Olymp. LXXXVII. 3. usque ad Olymp. CXXIII. 4. cfr. Meinek. hist. crit. p. 374. — Athenæus II. p. 59. F festivitatis et facetiarum laudem ei tribuit. In fabula *Κλεοβουλίνη*, quam laudat Athen. XIII. p. 586. A Cratini vestigiis institisse parique modo ænigmata fabulæ inseruisse videtur, nullum tamen restat huius comœdiæ fragmentum. Ex fabula *Ὕπνος* unum nobis servavit ænigma perelegans Athen. X. p. 449. D, ap. Meinek. III. p. 493.:

Οὐ θνητὸς οὐδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινὰ
σύγκρασιν, ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει
μήτ' ἐν θεοῦ ζῆν, ἀλλὰ φύεσθαί τ' ἀεὶ
καινῶς φθίνειν τε τὴν παρουσίαν πάλιν,
ἀόρατος ὄψιν, γνώριμος δ' ἅπασιν ὤν.

At vero Athen. XIII. p. 572. E de auctore huius fabulæ dubitat num sit Alexidis an Antiphanis. Hanc differentiam Meinekius hist. crit. p. 393. ita conciliare studet, ut doceat fabulam hanc primum ab Antiphane scriptam, sed postea ab Alexide sub incudem revocatam iterumque editam esse. Nam sæpius tragicorum et comicorum fabulæ diasceuastas expertæ sunt. Cfr. Meinek. hist. crit. p. 39. seq. Utrum hoc de somno ænigma satiricum sit necne, quidque intendat incertum est.

3. Eubulus, floruit circa Olymp. CI. cfr. Meinek. hist. crit. p. 355. Eius poesis maxime in mythicarum fabularum tragicorumque poetarum irrisione versata esse videtur. Cfr. Meinek. l. c. Athen. X. p. 449. E seq. venusta eius acuminis exhibet exempla. Fabula eius *Σφιγγοκαρίων* inscripta plena nugis ænigmaticis erat. Videtur poeta in hac fabula Carionem servum in medium produxisse, qui quæcunque dixit, ænigmatum involucris obscuravit. Podicis ænigmate:

Ἔστι λαλῶν ἄγλωσσος, ὁμώνυμος ἄῤῥενι θῆλυς,
οἰκείων ἀνέμων ταμίας, δασὺς, ἄλλοτε λεῖος,
ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων, νόμον ἐκ νόμου ἕλκων·
ἓν δ' ἐστὶν καὶ πολλὰ, καὶ ἂν τρώσῃ τις ἄτρωτος·
B. *τί ἐστὶ τοῦτο;* A. *τί; ἀπορεῖς Καλλίστρατος;*
πρωκτὸς μὲν οὖν οὗτος. B. *σὺ δὴ ληρεῖς ἔχων.*
A. *οὗτος γὰρ αὐτός ἐστιν ἄγλωττος, λάλος,*
ἓν ὄνομα πολλοῖς, τρωτὸς, ἄτρωτος, δασὺς,
λεῖος· τί βούλει; πνευμάτων πολλῶν φύλαξ.

comicus hilariter cavillatur tragicorum modulationes. Casaubonus ad h. l. et Jacobsius in anthol. Gr. III. 2. p. 348. op-

portune cum hac irrisione tragicorum compararunt Aristoph. nub. 389: *ἀτρέμας πρῶτον παππὰξ παππὰξ, κἄπειτ᾽ ἐπάγει παπαππάξ.*

Meinekius in fragm. III. p. 254. alia verborum, quæ ænigma sequuntur, interpunctione:

B. τί ἐστὶ τοῦτο; A. τί ἀπορεῖς; B. Καλλίστρατος.
A. πρωκτὸς μὲν οὖν οὗτος. B. σὺ δὴ ληρεῖς ἔχων.
A. οὗτος γὰρ κτλ.

alium e verbis eruit sensum, referens satiram huius ænigmatis ad Callistratum, qui in his versibus nominatur, oratorem mollitie et luxurie insignem, quem etiam in aliis fabulis Eubulus acerrime insectatur. Cfr. Eubuli Antiopa ap. Meinek. III. p. 209.

Quo spectent subsequentia ænigmata: de ichneumone Aegyptio:

Ἀττελεβόφθαλμος, μὴ πρόστομος, ἀμφικέφαλλος,
αἰχμητὴς, παίδων ἀγόνων γόνον ἐξαφανίζων.

de pappo cardui:

Οἶδ᾽ ἐγὼ ὃς νέος ὢν ἐστὶν βαρὺς, ἂν δὲ γέρων ᾖ,
ἄπτερος ὢν κούφως πέταται καὶ γῆν ἀφανίζει.

et tertium de camo:

Ἔστιν ἄγαλμα βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνὸς,
εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, ὀξὺ διαπρὸ,
ἀνθρώπους τίκτον κατὰ τὴν πυγὴν ἕν᾽ ἕκαστον
ὧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται.
αὐτὸ δ᾽ ἕκαστος ἔχων αὐτὸν, καλέω δὲ φυλάττειν.

quamque cum podicis ænigmate coniunctionem habeant, siquidem Athenæus respicitur, qui omnia hæc ænigmata coniunxit, dici non potest. Aenigmata tria posteriora Eubuli, cuius dictio est tersissima et ad omnem elegantiæ laudem composita (cfr. Meinek. hist. crit. p. 357.) ab Athenæo mutilata et in arctius contracta esse videntur, quapropter tantam obscuritatem præ se ferunt. Meinek. fragm. III. p. 225. post v. 9. 11. 16. 18. et 22. suæ editionis omissa quædam esse ab Athenæo putat.

3. Anaxandrides, floruit circa Olymp. CI. et CVIII. Cfr. Meinek. hist. crit. p. 367. Griphus eius ex Aeschra ap. Athen. X. p. 455. E servatus (ap. Meinek. III. p. 163.):

Ἀρτίως διητρὰμηκε καὶ τὰ μὲν διανεκῆ
σώματος μέρη δαμάζετ᾽ ἐν πυρικτίτοισι γᾶς
Τιμόθεος ἔφη ποτ᾽, ἄνδρες, τὴν χύτραν οἶμαι λέγων.

exagitat ut verba ostendunt ambagibus obscura et ænigma efficientia dicta Timothei dithyrambici poetæ, qui una cum Phrynide poesim lyricam mirum quantum depravavit. Cfr. Casaub. ad h. l. et Bernhardyi hist. lit. Gr. I. p 459. (ed. III.)

4. Strato (floruit circa Olymp. CXX. cfr. Meinek. hist crit. p. 426.) in Phœnicide induxit coquum in scenam, qui Sphinx nominatur, qui quæcunque loquitur *αἰνιγματωδῶς* profert. Parodiæ causa hoc factum esse non est quod commemoremus. Koppiersius observ. p. 24. et Villoisonus proleg. ad Apollon. lex. p. XXII improspero conatu hanc fabulam Strattidi, veteris comœdiæ poetæ, vindicant, quod passim Strattidis et Stratonis nomina commutantur. Meinekius hist. crit. p. 235. et p. 427. falsam hanc opinionem sagaciter redarguit, nam præterquam quod Athen. IX. p. 382. C, Suid s. v. *Στράτων* et Eudocia p. 385. disertis verbis hanc fabulam Stratoni attribuunt, vix credendum est in comœdia vetere coquum fuisse in scenam productum. Aliam eamque gravissimam causam abiudicandi Strattidi hanc fabulam Meinekius in usu formæ *οὐδὲ εἷς* pro *οὐδεὶς*, in correpta prima syllaba verbi *θύειν* et in forma *οἶδας* invenit, quas formas nemo antiquiorum comicorum adhibuit. Maius ex Phœnicide fragmentum exstat ap. Athen. IX. p. 382. C, ap. Meinek. fragm. IV. p. 545. seq. Aenigmatis ceterum scurrilibus comicus insaniam ænigmaticam sui temporis hac fabula illusisse videtur. Sufficiat aliquot versus ex hoc fragmento apponere.

Σφίγγ᾽ ἄῤῥεν᾽, οὐ μάγειρον, εἰς τὴν οἰκίαν
εἴληφ᾽· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς
ὅσ᾽ ἂν λέγῃ συνίημι. καινὰ ῥήματα
πεπορισμένος πάρεστιν· ὡς εἰσῆλθε γὰρ
εὐθύς μ᾽ ἐπηρώτησε προσβλέψας μέγα,
„πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; λέγε.“
ἐγὼ κέκληκα μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; χολᾷς.
τοὺς δὲ μέροπας τούτους με γιγνώσκειν δοκεῖς;
οὐδεὶς παρέσται· τοῦτο γὰρ νὴ τὸν Δία
ἔστι κατάλοιπον, μέροπας ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν.

„οὐδ' ἄρα παρέσται δαιτυμὼν οὐδεὶς ὅλως;“
οὐκ οἴομαί γε Δαιτυμών. ἐλογιζόμην,
ἥξει Φιλῖνος, Μοσχίων, Νικήρατος,
ὁ δεῖν', ὁ δεῖνα· κατ' ὄνομ' ἀνελογιζόμην·
οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς μοι Δαιτυμών.
οὐδεὶς παρέσται, φημί. „τί λέγεις; οὐδὲ εἷς;“
σφόδρ' ἠγανάκτησ' ὥσπερ ἠδικημένος,
εἰ μὴ κέκληκα δαιτυμόνας· καινὸν πάνυ.
„οὐδ' ἄρα θύεις ἐρυσίχθον;“ οὐκ ἔφην ἐγώ.
βοῦν δ' εὐρυμέτωπον;“ οὐ θύω βοῦν, ἄθλιε.
„μῆλα θυσιάζεις ἄρα;“ μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ,
οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δ'. „οὐκοῦν, ἔφη,
τὰ μῆλα πρόβατα. μανθάνεις;“ οὐ μανθάνω
τούτων οὐδὲν, οὐδὲ βούλομαι. κτλ

5. Ex Timoclis, poetæ omnium maxime ingeniosi summæque elegantiæ studiosi, (cfr. Meinek. hist. crit. p. 428) Heroibus unum affert ænigma Athenæus X p. 455. F; ap. Meinek. III. p. 599. Timocles erat æqualis Demostheni, quem in Heroibus et simul cum Mœrocle et Hyperide in Delo sive Delio propter pecuniam ab Harpalo acceptam perstrinxit. Cfr. Meinek. l. c. Quem laudat Athen. l. c. griphum ex fabula «Heroides» desumptum de mensa:

Ὡς δ' ἦν ἠρμένη
βίου τιθήνη, πολεμία λιμοῦ, φύλαξ
φιλίας, ἰατρὸς ἐκλύτου βουλιμίας,
τράπεζα. B. Περιέργως γε νὴ τὸν οὐρανὸν,
ἐξὸν φράσαι τράπεζα συντόμως.

aut in parasitos compositus esse videtur, aut ænigmaticam poetarum dictionem cavillatur.

Ex poetarum novæ comœdiæ fabulis unum tantum relictum est ænigmatum exemplum ex Diphili Theseo ap. Athen. X. p. 451. B, ap. Meinek. IV. p. 399. at vero in pristina forma non servatum sed pedestri sermone solutum. Narratur ibi ænigma, quod puellæ Samiæ festo Adonidis in compotatione (παρὰ πότον) sibi proposuerunt atque solverunt. Quærunt puellæ quid omnium sit validissimum? Ferrum, inquit prima, quod huius ope omnia fodiant homines et secent, et ad omnia eo utantur. Altera fabrum ferrarium multo validiorem esse dicit,

quoniam is validum adeo ferrum tractans flectat molliatque et quidquid velit ex eo conficiat. Tertia denique putat penem esse validissimum omnium, nam hoc robusti fabri anum perforari. Puellas has meretrices esse, quarum vitæ conditionem sæpissime poetæ novæ comœdiæ describunt, ex earum colloquio satis elucet.

Quod non plura exstant novæ comœdiæ ænigmatum exempla nos non debet offendere. Quamquam enim comœdia nova non prorsus intra vitæ privatæ parietes inclusa fuit, quod Meinekius hist. crit. p. 436. seq. luculentis exemplis adversus eos, qui comœdiam novam neque in publicam lucem prodiisse nec nisi fictis nominibus lusisse existiment, ostendit, tamen plerumque res ex intimis familiæ penetralibus desumptas tractavit, et præcipue res amatorias, servorum astutiam, avaritiam, luxum, gulam aliaque vitia in scenam produxit. Iam vero in eiusmodi fabulis nulla aut rara occasio fuit ænigmatizandi, poetarum autem, qui haud dubie ut antea ænigmaticam et obscuram dictionem in poesi adhibebant, quosque maxime priores comici ænigmatum parodia carpebant, rara in comœdia nova fuit illusio. Cfr. Meinek. hist. crit. p. 438.

Iam dehinc pervenimus ad ænigmata ἀδέσποτα, quorum quæstio nimirum maxime est lubrica et difficilis. Etenim quum hæc carmina a variis poetis variis temporibus sint composita, inde ab initio huius poesis usque ad Constantini Cephalæ[1], anthologiæ codicis Palatini conditoris, tempora (nam posteriora ænigmata quam quæ codex Palatinus exhibet, exceptis illis, quæ versu politico sunt composita, non exstant) e singulorum carminum natura et indole vix et ne vix quidem quidquam certi de eorum ætate statui potest.

Priusquam autem ad percensenda singula poematia accedamus, necesse est ostendamus veterum testimoniis hanc poesim post comicorum tempora usque ad Constantini Cephalæ ætatem fuisse in usu.

Quamquam ex Alexandrinis neminem novimus, qui ænigmata scripserit, coniicere tamen possumus hoc genus poesis

---

[1]) Vixit Constantinus Cephalas saeculo X. ergo illo tempore, quo literae Constantino Porphyrogeneta regnante novum vigorem et incrementum ceperant. Cfr. Jacobs. proleg. in anthol. Gr. I. p. LXXIX.

doctis illis grammaticis, qui exquisitis et spinosis quæstionibus delectabantur, in deliciis fuisse. Multa quoque ænigmata luce clarius ætatem Alexandrinorum præ se ferunt, olentque illa Alexandrinorum studia, quæ ad Homerum, grammaticam, mythologiam, alias disciplinas pertinebant. Fuerunt quoque qui theoriam ænigmatum scripserunt; Clearchus Aristotelis discipulus teste Athenæo X. p. 448. C librum scripsit «de griphis», quo etiam ænigmata complexus est, cuius libelli prima pars [1]), quæ griphorum naturam et compositionem tractavit, haud dubie multa quoque attulit, quæ ad ænigmatum compositionem spectabant. Parum opportune accidit, quod opusculum hoc tantopere mutilatum et ut videtur ab Athenæo contaminatum ad nos pervenit: verisimile enim est Clearchum, qui magna apud suos gloria fruebatur [1]), librum docte et scite conscriptum in lucem emisisse. Ni toto cœlo fallor, optimo iure contendere mihi videor theorias ænigmata componendi ab Alexandrinis constitutas effecisse ut carmina eiusmodi ex hoc tempore arte quadam et certis regulis componerentur. Oxymoron, quod dicitur, ambiguæ verborum significationes, lusus verborum et literarum sæpissime ut statim videbimus, acumen ænigmatum *ἀδεσπότων* efficiunt, quæ artes in antiquioribus ænigmatis nusquam inveniuntur.

Maximam autem ansam quæstionum ænigmaticarum dederunt grammatici disputationibus suis sophistarum more institutis, in quibus argutas et ænigmaticas quæstiones tractatas esse constat. Fuerunt qui se nominarent *ἐνστατικοὺς καὶ λυτικοὺς* [2]) ea quidem causa quod ad quamque interrogationem et ad difficillimas quæstiones se responsuros esse profiterentur. Cfr. Gronov. de museo Alexandr. in thesaur. Gr. tom. VIII. p. 2742. seq. Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. p. 200. seq. In ipso museo Alexandrino grammatici quæstiones difficiles et tortuosas sibi proponebant, quibus solvendis acumen ingenii acueretur et eruditio ostenderetur. Schol. ad Iliad. X. 688. (ed. Bekk.) *ἐν τῷ μουσείῳ τῷ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν νόμος ἦν προβάλλεσθαι ζητήματα καὶ τὰς γιγνομένας λύσεις ἀπογράφεσθαι.* Cfr. Plutarch. quæst.

1) Cfr. h. dissert. p. 2.

2) Proprie *ἐνστατικοὶ* ii nominabantur, qui difficiles quaestiones proponebant, *λυτικοὶ* vel *ἐπιλυτικοὶ* qui eas solvebant. Cfr. Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. p. 205.

symp. IX. 2. 1. Habebant quoque in museo convivia, in quibus veterum more proponendis solvendisque quæstionibus sese oblectabant. Cfr. Lehrs. l. c. p. 214. Multi Alexandrinorum scripserunt *ἀπορήματα, ζητήματα, προβλήματα, λύσεις*, quæ quidem proprie grammaticam et interpretationes veterum scriptorum spectabant, nec tamen minutas argutasque quæstiones excludebant. Cfr. Wolf. proleg. ad Homer. p. 195. (ed. I.) Lehrs. l. c. p. 227. seq.

Alexandrinorum ætate aliud quoque genus ænigmatum si non exortum, certe magis quam antea pervulgatum esse videtur, dico disputationes illas convivales, quæ cum ænigmatis intime cohærent recteque eorum fabricæ nominari possunt. Quales hæ quæstiones fuerint Plutarchus [1]), Gellius [2]), Macrobius [3]) luculentis ostendunt exemplis. Tractabantur quidem his disputationibus sæpius res seriæ et doctis viris dignæ, indagabantur exempli gratia poetarum sententiæ, veterum res gestæ, philosophorum decreta, rariores verborum significationes, cfr. Gellius VIII. 2.; fieri tamen non potuit, quin plerumque eiusmodi intempestativæ eruditionis ostentationes in ineptas abirent sententias. «Quæsitum est quando moriens moreretur, quum iam in morte esset, an tum etiam quum in vita foret: et quando surgens surgeret, quum iam staret an tum etiam quum sederet, et qui artem disceret quando artifex fieret, quum iam esset, an tum etiam quum non esset.» Gellius VI. 13. Cur Homerus Nausicaam fecerit in fluvio et non in mari lavantem, quod tamen fuerit in propinquo. Plutarch. quæst. symp. I. 9. Cur Achilles *ζωρότερον* (meracius) pocula misceri iusserit. Plutarch. l. c. V. 4. Cur malum Homerus *ἀγλαόκαρπον*, Empedocles *ὑπέρφλοιον* dixerit. Plutarch. l. c. V. 8. Similia.

Cuique similitudo, quæ inter eiusmodi quæstiones et ænigmata intercedit, apparet. Jam hæ quæstiones convivales quum post prima Alexandrinorum tempora permanerent, (exempla eiusmodi disputationum exhibent sæculo I. et II. p. Chr. Plutarchus in quæst. symp. Gellius I. 2. VI. 13. XVIII. 2., sæculo

1) Cfr. Plutarchi quaestiones symposiacae, eiusdem quaestiones Graecae et quaestiones Romanae.

2) Cfr. Gellii I. 2. VI. 13. XVIII. 2.

3) Cfr. Macrobii VII. 1. 3. 4.

III. Athenæus in deipnosophistis, sæculo V. Macrobius VII. c. 1. c. 3. c. 4.), necesse est suppeditarent materiam et opportunitatem poesis ænigmaticæ.

Sed et alia inveniuntur ænigmatum usus vestigia.

Suetonius de Tiberio narrat c. 70.: « maxime tamen curavit notitiam historiæ fabularis usque ad ineptias atque derisum. Nam et grammaticos, quod genus hominum præcipue ut diximus appetebat, eiusmodi fere quæstionibus experiebatur: quæ mater Hecubæ: quod Achilli nomen inter virgines fuisset: quid Sirenes cantare sint solitæ. »

De Hadriano Spartianus c. 20.: « Apud Alexandriam in museo multas quæstiones professoribus proposuit, et propositas ipse dissolvit. »

Grammaticus quidam, quem Lehrsius de Aristarchi stud. Hom p. 220. laudat, refert Apollonium Dyscolum, qui floruit circa a. 160. p. Chr. cognomen hoc excellentissimum reportasse *ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν· ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις σοφοῖς εἰς ἕνα τόπον συνέρχεσθαι καὶ γυμνασίας χάριν αἰνιγματώδεις τινὰς καὶ ἀσαφεῖς λέξεις φθέγγεσθαι.*

Lucianus (natus circa a. 120. et 130. p. Chr.) sæpissime æqualium suorum lusum ænigmaticum irridet. Pseudol. c. 32.: *ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελάσῃ τὸ παιπάλημα καὶ τὸ κίναδος ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα καὶ γρίφους ἀκούσας.* Deor. concil. c. 3.: *μηδὲν αἰνιγματωδῶς ὦ Μῶμε, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην λέγε προστιθεὶς καὶ τοὔνομα.* Cfr. Deor. concil. c. 11. Jupit. tragœd. c. 27.

Inter sententias Secundi Atheniensis, (vixit circa a. 125. p. Chr. fuitque Herodis Attici magister) quem Suidas inepte cum Plinio confundit [1], et in altercatione Hadriani Augusti et Epicteti philosophi, quæ false sub Epicteti nomine circumfertur, quum tantum translatio Latina Secundi sententiarum esse videatur [2], multæ inveniuntur quæstiones, quas recte ænigmata vocare possis [3]). Cfr. Orelli opusc. Gr. sentent. I. p. 216. seq. p. 230. seq.

---

1) Cfr. Fabric. bibl. Gr. I. p. 866. seq. (ed. Harles.)

2) Cfr. Orelli. opusc. Gr. sentent I. p. 230.

3) Pauca afferam exempla E Secundi sententiis: *Τί ἐστιν ἡμέρα; Στάδιον κακοπαθείας, δωδεκάωρος διαδρομή, ἀρχὴ καθημερινή, ὑπόμνησις βιωτική, δειλινὴ ἀπόστασις, αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα, μερίζουσα μέριμνα.* Orelli l. c. p. 218. *Τί ἐστι φίλος; Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανής, δυσεύρετον κτῆμα, καταφυγὴ δυστυχίας, ἀπορίας παραμύθιον, ἄκος ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόστατον κειμήλιον, ἀκατάληκτος εὐτυχία.* Orelli. l. c. p. 222.

Ex Hadriani et Epicteti altercatione: Hadr. Quid est senectus? Epict. Optatum malum, viventium mors, Veneris expers, mors exspectata. Hadr. Quid est verbum? Epict. Animi proditor. Hadr. Quid barba? Epict. Sexus discretio. Hadr. Quid est quod amarum dulce facit? Epict. Fames. Orelli l. c. p. 234.

Sæculo quarto ænigmata oblivioni non data fuisse, testis est Theo grammaticus (prog. περ. μύθ.): *νῦν μέντοι καὶ τὰ αἰνίγματα αἴνους τινὲς καλοῦσι.*

Nullum quidem eorum, quæ attuli veterum testimonia, expresse docet ænigmata versibus esse concepta, at vix dubitandum est, quin fuerint, qui eiusmodi quæstiones poetica forma exornarent, quippe quum poetæ posterioris ætatis potissimum epigrammata et his similia carmina componerent [1]).

Nec Byzantiorum ætate poesis ænigmatica prorsus neglecta est, id quum ex grammaticorum frequenti ænigmatum mentione (cfr.. Hesychius s. v. *γρῖφος* et *αἴνιγμα*, Suidas s. v. *αἶνος* et *γρῖφος*, etymolog. magn. s. v. *αἴνιγμα*); tum ex nonnullis ænigmatis, quæ senescentem et inferiorem Græcæ linguæ ætatem præ se ferunt, sequitur; cfr. h. dissert. p. 64. no. 26. p. 72. no. 57. 58.

Byzantiorum temporibus etiam collectiones ænigmatum institutæ sunt, quæ saltem nonnulla specimina huius poesis servarunt. Quum enim odiosa barbaries in dies magis cresceret et optima ingeniorum monumenta oblivioni et excidio dare videretur, imprimis minuta illa poematia, quæ lapidibus insculpta, aut fugitivis chartis mandata, aut memoriæ tradita erant: exstiterunt viri, qui vaga hæc poematia posteritati servanda esse putarent. Selegerunt itaque optima quæque et quasi flores in coronas vel anthologias congesserunt. In has collectiones ænigmata quoque recepta sunt. De primis anthologiarum conditoribus de Polemone, Alceta, Meleagro, Philippo Thessalonicensi, Philodemo, Stratone, Agathia, aliis, quatenus ænigmata in collectionibus suis respexerint, nihil statui potest, illos autem ænigmata in collectiones suas intulisse, id ex anthologia Constantini Cephalæ, cuius collectio ex antiquioribus anthologiis delibata est, concludere possumus [2]).

---

1) Cfr. Jacobs. catalogus poetarum, qui epigrammata scripserunt in eius anthol. Gr. III. 3. p. 831. seq.

2) Cfr. Jacobs. proleg. in anthol. Gr. p. LXXXVII.

Ex iis, quæ hucusque de ænigmatica poesi dicta sunt, elucet eam usque ad extremos antiquitatis fines in usu fuisse; ænigmata igitur quæ *ἀδέσποτα* circumferuntur, incidunt in magnum illud temporum spatium, quod initiis huius poesis et tempore, quo anthologia cod. Pal. condita est, circumscribitur.

Multa ex ænigmatum farragine, quæ *ἀδέσποτα* citantur, antiquissimis temporibus vindicanda esse, iam Bergkius in comment. de reliqu. com. Attic. ant. p. 112. coniecit. Quæritur utrum certas regulas constituere possimus, quibus ducibus antiquissima ænigmata, quantum quidem coniectura assequi licet, cognoscantur. Metrum in dignoscendis ordinandisque ænigmatis magni momenti esse p. 22. seq. vidimus. Ex iis, quæ antea de metris ænigmatum disputavimus pro certo statuere possumus hexametrum pristinum ænigmatum metrum fuisse, iambos primum a comicis adhibitos esse, pentametrum autem haud dubie demum Alexandrinorum temporibus in pangendis ænigmatis usurpatum esse. Aenigmata igitur hexametris composita antiquissima esse videntur. Nec tamen metrum unicum et certum est ænigmata dignoscendi adminiculum; posteriores enim ænigmata hexametris pepigisse non solum verisimile est, sed etiam ex ænigmatis ipsis elucet. Argumentum poematiorum diversitatem temporum optime indicat. Res enim, quæ ænigmatis tractantur, necesse est conveniant ingenio, moribus et consuetudinibus hominum: itaque antiquissima ænigmata magis naturæ accommodata fuisse et res non exquisitas et abditas tractasse censendum est, id quod etiam septem sapientum, tragicorum et comicorum huius poesis exempla ostendunt; rursus ænigmata politioris ætatis in sublimioribus et magis artificiosis versata esse quæstionibus verisimile est. Aenigmata igitur hexametris composita, quæ nativo acumine non rerum obscuritate et doctrina excellunt, suumque argumentum ex vita quotidiana et rerum natura sumunt, antiquioribus accensenda esse videntur: quæ abdita quadam scientia et doctrina repleta sunt, quæ in lusu literarum et verborum versantur, quorum acumen exquisita verborum significatione aut coniunctione conficitur, serioris sunt ætatis, et ad Alexandrinos et posteriores ablegand a.

His rebus perpensis ænigmata hæc antiquioris esse ætatis censeo:

1. De cochlea ap. Athen. II. p. 63. A:

Ὑλογενὴς, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος.

2. Eiusdem argumenti ap. Athen. X. p. 455. E [1]):

Ζῶον ἄπουν, ἀνάκανθον, ἀνόστεον, ὀστρακόνωτον·
ὄμματα τ' ἐκκύπτοντα, προμήκεα, κεἰσκύπτοντα.

3. Incerti argumenti ap. Athen. X. p. 457. B:

Πέντ' ἄνδρες δέκα ναυσὶ κατέδραμον εἰς ἕνα χῶρον,
ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι·
δίψῃ δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου [2]).

4. Incerti argumenti ap. Tryphonem de figuris in rhetor. Walzii tom. VIII. p. 737.:

Εἰσὶν ἔμοιγε κασίγνητοι δύο· οἳ δύο μοῦνοι
ὄφρα μὲν οὖν ζώωσι, τὸν ἥλιον οὐκ ἐσορῶσι,
αὐτὰρ ἐπεί κε θάνωσι καὶ ἀνδρῶν χεῖρας ἵκωνται,
ἠέλιόν τε ὁρῶσι καὶ ἀλλήλοισι μάχονται.

Recte Bergkius ita primum versum restituit, legitur enim in codicibus false:

Εἰσίν μοι δύο κασίγνητοι· οἵ δύο μοῦνοι κτλ.

5. Aenigma Hermæ incisum, quod protulit Viscont. in museo Pio-Clement. tom. VI. p. 46., cuius particula tantum servata est:

Εἰσίν μοι δύ' ἀδελφοὶ ὁμώνυμοι, δύ' ὅμοιοι,
οἳ μέχρι μὲν ζώωσι, τὸν ἥλιον οὐκ ἐσορῶσι
αὐτὰρ ἐπὴν . . . .

Similitudo huius et antecedentis ænigmatis apparet, fortasse unum idemque est ænigma.

6. De serra in anthol. cod. Pal. XIV. no. 19.:

Εἶδον ἐγὼ ποτὲ θῆρα δι' ὕλης τμητοσιδήρου
ὕπτιον ὀρθὰ τρέχοντα, ποσὶν δ' οὐχ ἥπτετο γαίης.

Cetera ænigmata hexametris composita ab Alexandrinis et posterioribus facta esse puto:

---

[1]) Sumpsit hoc aenigma Athenaeus ut ipse refert ex Teucri cuiusdam, hominis aliunde ignoti, *ὁρισμοῖς* (definitionibus).

[2]) Bergkius in comment. de reliqu. com. Attic. ant. p. 113. hunc et sequentem griphum Cleobulinae fortasse vindicandos esse putat.

7. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 16.:

Νῆσος ὅλη, μύκημα βοὸς, φωνή τε δανείστου.

quo insula Ῥόδος significatur (mugitus bovis ῥο, vox fœneratoris δός), grammatici cuiusdam esse videtur.

8. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 22. (de silentio? cfr. h. dissert. p. 15.):

Μὴ λέγε, καὶ λέξεις ἐμὸν οὔνομα, δεῖ δέ σε λέξαι
οὐδὲ πάλιν, μέγα θαῦμα, λέγων ἐμὸν οὔνομα λέξεις.

V. 2. codex habet αδε πάλιν. Brunckius correxit οὐδὲ πάλιν. Exquisita in hoc gripho oxymora Alexandrinum quendam produnt.

9. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 24 (incerti argumenti):

. . . . μέον Διόνυσον ὁρᾷς ἐμὲ, τίκτε με νηδὺς
διχθαδίης, μνήμης δὲ πατὴρ ἐμὸς ἡγεμονεύει·
Θηβοφόρον δέ με πρῶτον ἐγείνατο νηλεόθυμον.
αὐτοκασιγνήτης δὲ πρόκνος (?) φίλον υἷα κατακτὰς,
οὐκέτι θῆρα φέρω· ἀλλ' οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν,
καὶ χθόνα, καὶ μακάρων ἱερὸν χορὸν ἄφθιτον αἰεί.

Jacobsius suspicatur v. 1. scribendum esse: ἦ ῥα νέον Δ. v. 2. διχθαδίη et ἐμοί; v. 3. pro θηβοφόρον vult scribere θηροφόρον; v. 6. cod. habet καὶ χθόνα μακάρων; alterum καὶ Jacobs. interposuit metri causa. Doctum huius ænigmatis argumentum ætatem Alexandrinam arguit

10. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 25. (de Niobe):

Ὀφθαλμοὺς Σκύλλης ποθέω, τοὺς ἔσβεσεν αὐτὸς
ἠέλιος, μήνη τε· πατὴρ δέ με δείδιε κούρην·
λούομαι ἀενάοισι δύω ποταμοῖσι θανοῦσα,
οὓς κορυφὴ προΐησιν ἐπ' ὀφρυόεντι κολωνῷ

V. 3. cod. Pal. ἀενναοισι; saltem ἀενάοισι scribendum; sed fortasse cum Buttmanno (qui coniecturas suas, quas de ænigmatis Græcis fecit cum Jacobsio communicavit cfr. Anthol. Gr. III. 2. p. 354.) est corrigendum λοῦμαι δ' ἀενάοισι; totum enim huius ænigmatis argumentum, imprimis autem vocis ἠέλιος (Apollo) et μήνη (Diana) translata significatio ætatem Alexandrinorum prodit, qui hiatum caute vitabant. Ut huius ænigmatis sensus melius perspiciatur ingeniosam Buttmanni interpretationem appono: «Agitur de Niobe, quæ totidem liberos, quot Scylla capita habuit, Apollinis et Dianæ telis interemptos lugebat (ἐπόθει). In

saxum mutata patris Tantali capiti imminebat (sic enim auctor notam de pœna Tantali fabulam interpretatur. Vide Porson. ad Euripid Orest. v. 5), et flumina demittebat de vertice suo » Cfr. Jacobs anthol. Gr. III. 3. p 740.

11. Anthol. cod. Pal. l. c. n. 37.:

Παλλάδος εἰμὶ φίλη, τίκτω δ' ἀπερείσια τέκνα,
ἃ κατὰ πετράων ἄνδρες βάλον· ὀλλυμένων δὲ,
Πηλείδη φάος ἔσκε, βροτῶν ἄκος, ἕρκος ἀγώνων.

Aenigma hoc de olea propter vocis Πηλείδης inauditam significationem, etenim lucernam fictilem significat, a voce πηλὸς, et propter artificiosam verborum βροτῶν, ἄκος, ἕρκος, ἀγώνων coniunctionem, quæ primo obtutu de Achille intelliguntur, in posteriorem ætatem referre non dubitamus, V. 2. ἃ κατὰ brevis syllaba vi arsis producta est, quod sæpissime initio hexametri heroici fieri solet. Cfr. Hermann. epitom. doctr. metr. §. 101.

12. Anthol. cod Pal l. c. no. 40. (de die et nocte):

Εἰσὶ κασίγνηται δύ' ἀδελφεαί· ἡ μία τίκτει
τὴν ἑτέρην, αὐτὴ δὲ τεκοῦσ' ἀπὸ τῆς ἀτεκνοῦται.
ὥστε κασιγνήτας οὔσας ἅμα καὶ συνομαίμους,
αὐτοκασιγνήτας κοινῇ καὶ μητέρας εἶναι.

V. 2. in codicis inepto αυγοτης Jacobs. rectissime ἀπὸ τῆς latere constituit; seriores enim sæpissime ἀπὸ pro ὑπὸ ponunt. Cfr. Dorvill. ad Charit. p. 548. Lennep. ad Phalar p. 346. Sirpus hic imitatio est ænigmatis Theodectei cfr. h. dissert. p. 42.

13. Anthol cod Pal. l. c. no. 46 :

Γράμματος ἀρνυμένου πληγὴν ποδὸς οὔνομα τεύχει
ἡμέτερον πταίειν δὲ βροτῶν πόδας οὔποτ' ἐάσει.

Luditur vocibus σκάνδαλον et σάνδαλον et propterea serioris est ætatis. Huschkius anal. crit. p. 306. v. 1. pro ἀρνυμένου malit αἰρομένου, Schæferus in not. mst. αἰνυμένου.

14. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 111.:

Ἄγονος ἐξ ἀγόνων, βελεηφόρος, ἔμβρεφος, ἄρσις.

Amor significatur, ortus ex Chao et Tartaro, quæ et ipsa sunt ἄγονα. Cfr. Preller myth. Gr. I. p. 35. (ed I.) Voces ἔμβρεφος, quod puerilem ætatem et ἄρσις, quod deum alatum significat, veteribus auctoribus ignotæ sunt. Cfr. Jacobs. paralip. anthol.

Gr. III. 3. p. 725. Friedemann. de med. syllab. pentam. p. 325. ut productionem vi arsis evitet scribi iubet *ἐξ ἀγόνων ἄγονος*.

De ænigmatis, quæ pentametris composita sunt, quamvis maiorem partem ænigmatum quæ exstant efficiant, pauca tantum dici possunt Ex nullo eorum quidquam eruere possis, quo ætas vel auctor carminis cognoscatur. Omnia fere hæc poematia eandem speciem præ se ferunt et paucis exceptis ad grammaticæ et metricæ regulas exacte sunt composita. Inest nativum quoque multis acumen et ingenium haud mediocre ut optimis eius generis carminibus annumerari possint; pauca tantum omni acumine carent, quo sane nihil in ænigmatis est languidius. Quodsi hæc poematia cum antiquioribus comparaveris cognosces verum esse, quod supra diximus ænigmata hæc quum artificiosa compositione tum rebus doctis, quæ in iis tractantur, præ antiquioribus excellere. Illico ad exponenda hæc ænigmata accedo, singulis si quid memorabile erit adscribens. Hanc autem ænigmatum facio distributionem ut primum apponam ænigmata, quæ simplicitati antiquissimorum proxima sunt, quæ ergo argumentum ex vita quotidiana sumunt, deinde quæ in verborum lusu versantur, denique quæ artificiosa et singulari verborum significatione et abstrusa doctrina eminent.

Ad primam classem pertinent:

15. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 14.:

Εἷς ἄνεμος, δύο νῆες, ἐρέττουσιν δέκα ναῦται
εἷς δὲ κυβερνήτης ἀμφοτέρας ἐλάει.

Intelligitur de tibicine binas tibias inflante. V. 2. cod. *ἐλάσει*; recte Salmasius ad script. hist. Aug II p. 825. *ἐλάει* scripsit.

16. Anthol. cod Pal l c. no. 26:

Ξανθὴ μέν τις ἐγὼν ἤμην πάρος, ἀλλὰ κοπεῖσα
γίνομαι ἀργεννῆς λευκοτέρη χιόνος
χαίρω δὲ γλυκερῷ τε καὶ ἰχθυόεντι λοετρῷ,
πρώτη δαιτυμόνων ἐς χορὸν ἐρχομένη.

Linum vel mantile intelligitur. Ambiguitas posita est in verbis *πρώτη δαιτυμόνων*, verba sic coniungi debent: *πρώτη ἐρχομένη ἐς χορὸν δαιτυμόνων.*

17. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 30 :

Κριὸν ἔχω γινετῆρα, τέκεν δέ με τῷδε χελώνη·
τικτομένη δ' ἄμφω πέφνον ἐμοὺς γονέας.

citharam significare videtur. Cfr. h dissert. p. 12.

18 Anthol. cod. Pal. l. c. no. 36.:

Πικρή μοι ζωὴ, θάνατος γλυκὺς, ὕδατα δ' ἄμφω,
θνήσκω ἀναιμάκτοις ἔγχεσι νυσσόμενος·
ἢν δέ τις ἐν ζώοντι νέκυν τύμβῳ με καλύψῃ,
αἵματι συγγενέων πρῶτον ἀποβρέχομαι.

V. 1. Jacobs *ἀμφί* pro *ἄμφω* emendare vult. Sensus ænigmatis obscurus. « Buttmannus interpretatur de pisce marino (*πικρὴ ζωὴ*, quia in amara et salsa aqua vixerat), qui dulci aqua, fortasse etiam melle (hinc *θάνατος γλυκὺς*) elixus, in garo apponebatur. Quod dicitur *ἀναιμάκτοις ἔγχεσι νυσσόμενος*, eo referendum videtur, quod vivus calidæ aquæ sive melli iniectus obierat vi caloris, sanguine non effuso; *ζῶν τύμβος* est venter.» Jacobs. anthol. Gr. III. 2. p. 364.

19. Anthol. cod Pal l. c. no. 41. (de die et nocte):

Μητέρ' ἐμὴν τίκτω καὶ τίκτομαι· εἰμὶ δὲ ταύτης
ἄλλοτε μὲν μείζων, ἄλλοτε μειοτέρη.

20. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 42. (incerti argumenti):

Παρθένος εἰμὶ γυνὴ, καὶ παρθένου εἰμὶ γυναικὸς,
καὶ κατ' ἔτος τίκτω παρθένος οὖσα γυνή.

21. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 45.:

Εἰμὶ μέλας, λευκὸς, ξανθὸς, ξηρός τε καὶ ὑγρός.
εὖτε δὲ δουρατέων πεδίων ὑπὲρ ἐντανύσῃς με,
Ἄρεϊ καὶ παλάμῃ φθέγγομαι οὐ λαλέων.

De cera pugillaribus inducta intelligitur. *Ἄρης* dicitur ferreus calamus, quo in cera scribebatur. V. 2. codex *ὑπερεντανύσῃς*.

22 Anthol. cod. Pal l. c no. 54. (de ænea cucurbitula).

Κἀμὲ σοφὴ ποίησε τέχνη Παιήονος ἔμπνουν
πῦρ ὑπὸ χαλκελάτοις χείλεσι κευθομένην·
δειλῶν δ' αἷμα κελαινὸν ἀπ' ἀνθρώπων ἐρύουσα,
Ἥφαιστον κτείνω γαστρὶ περισχομένη.

23. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 29. (de clystere):

Μούνῳ μοι φίλον ἐστὶ γυναιξί περ ἐν φιλότητι
μίγνυσθαι, αὐτῶν λισσομένων ποσίων.

24. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 55. (de clystere):

Μούνῳ μοι θέμις ἐστὶ γυναικῶν ἐν φιλότητι
μίσγεσθαι φανερῶς, λισσομένων ποσίων.

μοῦνος δ' ἠϊθέοισι, καὶ ἀνδράσιν, ἠδὲ γέρουσιν,
  παρθενικαῖς τ' ἐπέβην ἀχνυμένων τοκέων
μαχλοσύνην ἤχθηρα· φιλεῖ δέ με παιωνίη χείρ,
  Ἀμφιτρυωνιάδην ἐκτελέοντα πόνον.
ἀμφὶ δ' ὀπυιομένοισι καὶ ἂν Πλουτῆϊ μαχοίμην
  αἰὲν ὑπὲρ ψυχῆς τῶν ὁπόσοις ἐμίγην.
εὔρινον δέ με παῖδα καὶ ἀργιόδοντα τίθησιν
  ἰδρείῃ μερόπων αἰγὶ μιγεὶς ἐλέφας.

V. 4. suspicatur Jacobs. pro *ἀχνυμένων*, *ἀντομένων* i. e. *ἱκετευόντων*. V. 6. Clyster cum Hercule comparatur, quod morbum ab ægris depellens cum Plutone luctatur ut quondam Hercules. V. 7. codex *ἀμπλουτῆι*, Brunck. *ἂν Πλουτῆϊ*; *οἱ ὀπυιόμενοι* sunt ii, quibus clyster immittitur. V. 9. *αἰγὶ μιγεὶς ἐλέφας* dicitur, «quia ad immittendos clysteres utebantur olim utribus e caprina pelle, quibus adaptatæ fistulæ eburneæ; *εὔρινος* a *ῥινὸς* pellis derivandum; *ἀργιόδους* i. e candido dente instructus; de fistula eburnea dictum." Brunck.

25. Anthol. cod. Pal l. c. no. 56.:

Ἄν μ' ἐσίδῃς, καὶ ἐγώ σε. τί με βλεφάροισι δέδορκας;
  ἀλλ' ἐγὼ οὐ βλεφάροις· οὐ γὰρ ἔχω βλέφαρα.
ἂν δ' ἐθέλῃς, λαλέω φωνῆς δίχα· σοὶ γὰρ ὑπάρχει
  φωνὴ, ἐμοὶ δὲ μάτην χείλε' ἀνοιγόμενα.

Speculum intelligitur; ænigma omni acumine carens. V. 1. oratio est inconcinna; coniunctioni *ἀλλὰ* in priore membro nihil opponitur. Jacobs. scribere vult: *σὺ μὲν βλεφάροισι*, sed fortasse nihil est mutandum; ænigma pessimum versificatorem arguit. Hiatus versus 4. regulis metricæ sunt quidem excusati, sed in tantillo poematio vix tolerandi.

26. Anthol. cod. Pal l. c no. 57. (*εἰς φοινίκων βάλανον*):

Οὔνομα μητρὸς ἔχω, γλυκερώτερος εἰμι τεκούσης
  ἀλλ' ἡ μὲν δολιχὴ, τυτθὸς ἐγὼ δὲ πέλω
ἄβρωτος κείνη πλὴν κράατος εἰμὶ δ' ἔγωγε
  τρωκτὸς ἅπας, μοῦνα δ' ἔντερ' ἄβρωτα φέρω.

Palmæ fructus sive dactylus eodem nomine appellatur, quo arbor ipsa. V. 4. brevis syllaba in fine prioris coli pentametri (*μοῦνα*) seriorem ætatem prodit, nec est cur cum Friedemanno de med. syll. pent. p 322. *μοῦνα* in *μοῦνον* mutemus; etenim Marius Victorinus: «observabis autem ne novissima syllaba prio-

ris coli pentametri brevis sit, quamvis quidam non sint deterriti quin brevi syllaba prius colon concluderent.» Cfr. Rossbach. et Westphal. metr. Gr. p. 31. Gregorius Nazianzenus ex. gr. sæpissime brevem syllabam et hiatum in priore fine pentametri adhibet. Cfr. Rossbach. et Westphal. l. c.

27. Anthol. cod. Pal l. c. no. 58. (*εἰς κινάραν*):

Ἐγκέφαλον φορέω κεφαλῆς ἄτερ· εἰμὶ δὲ χλωρὴ
  αὐχένος ἐκ δολιχοῦ γῆθεν ἀειρομένη.
σφαίρῃ δ' ὡς ὑπὲρ αὐλὸν ἐείδομαι· ἢν δὲ ματεύσῃς
  ἔνδον ἐμῶν λαγόνων, μητρὸς ἔχω πατέρα.

28 Anthol. cod. Pal. l. c. no. 60. (de diptychis):

Ὕλη μὲν τέτοκεν ἐκαινούργει δὲ σίδηρος·
  εἰμὶ δὲ Μουσάων μυστικὸν ἐκδοχίον·
κλειομένη σιγῶ· λαλέω δ', ὅταν ἐκπετάσῃς με,
  κοινωνὸν τὸν Ἄρη μοῦνον ἔχουσα λόγων.

V. 1. codex *μὲν τέτεκεν*, quod certo in *τέτοκεν* est mutandum; præterea metrum est corruptum, quod Jacobs. ita sanavit: *ὕλη μὲν τέτοκέν ποτ', ἐκαινούργει*. Oratio restituitur si scribitur *ὕλη μὲν μ' ἔτεκέν ποτ', ἐκαινούργει*. *Ἄρης* calamum ferreum significat ut anthol. cod. Pal. l c. no 45.

29. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 61.:

Οὔρεσι μὲν γενόμην, δένδρον δέ μοι ἔπλετο μήτηρ,
  πῦρ δὲ πατὴρ, βῶλος δ' εἰμὶ μελαινομένη·
ἢν δέ μ' ἔσω κεράμοιο πατὴρ τήξῃσι βαθείης,
  ἅρματος ὠτειλὰς ῥύομαι εἰναλίου.

Pix intelligitur, *ἅρμα εἰνάλιον* est navis. V. 3. codex *τήξῃς* metro claudicante; Jacobs. *τήξῃσι*. Eodem versu codex *βαθείης*; fuerunt igitur qui *ἡ κέραμος* dicerent. Chardon de la Roch. magas. encycl. IV. 1. p. 95. scribit *βαθείας* et cum *ὠτειλὰς* coniungit.

30. Anthol. cod Pal. l. c. no. 62:

Λίην ἔντριχός εἰμι, τὰ φύλλα δέ μου κατακρύπτει
  τὰς τρίχας, ἡ τρύπη φαίνεται οὐδαμόθεν·
πολλοῖς παιδαρίοις ἐμπαίζομαι· εἰ δέ τίς ἐστιν
  εἰς τὸ βαλεῖν ἀφυὴς, ἵσταται ὥσπερ ὄνος.

Significat pilam lusoriam pilis stipatam et pelle contectam. Ad intelligendum hunc griphum Brunckius apposite hæc Pollucis

verba de ludo pilæ affert (p. 1094. ed. Hemsterh.): *ὁ μὲν ἡττώμενος, ὄνος ἐκαλεῖτο, καὶ πᾶν ἐποίει τὸ προσταχθέν ὁ δὲ νικῶν βασιλεύς τε ἦν καὶ ἐπέταττεν.* Ceterum ænigma hoc valde est ineptum. V. 2. codex habet *ἡ τρύπη*. Brunckius cum Stephano anthol. p. 536. ut asyndeton molestum tolleret, scripsit *ἡ δὲ τρύπη*. At in *τρύπη* syllaba prior producitur, hanc ob rem fortasse inconcinna versificatoris oratio non est mutanda. Jacobsius ita versui malo succurrere studet: *ἡ δὲ ῥαφὴ φαίνεται οὐδαμόθεν.*

31. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 103. (*εἰς σταφίδα*):

Εἴ με νέην ἔλαβες, τάχα μου πίες ἐκχυθὲν αἷμα,
νῦν γ' ὅτε γηραλέην μ' ἐξετέλεσσε χρόνος,
ἔσθιε τὴν ῥυσαινομένην, ὑγρὸν οὐδὲν ἔχουσαν,
ὀστέα συνθραύων σαρκὶ σὺν ἡμετέρῃ.

V. 1. *ἂν* desideratur, quod etiam in epigrammatis sæpius fieri observavit Jacobs. in anthol. cod. Pal III. p. 12. no. 16. Antiquiorum Atticorum exempla huius constructionis contulit Buttmannus in grammat. Gr. p. 389. (ed. 18.) V. 2. codex false *ἐξετέλεσε*. V. 3. Brunckius, Chardon. de la Roch. magas. encycl. IV. 2. p. 224. alii in voce *ῥυσαινομένην* sibilantem literam duplicarunt non necessarie, namque Schol. ad Hephæst. enchir. p. 3. vocem *ῥυσὸς* iis annumerat verbis, *ἃ καὶ χωρὶς δύο συμφώνων καὶ διπλῶν ἐκτείνονται.*

32. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 108 (fortasse aër):

Οὐδὲν ἔσωθεν ἔχω, καὶ πάντα μοι ἔνδοθέν ἐστι,
προῖκα δ' ἐμῆς ἀρετῆς πᾶσι δίδωμι χάριν.

Aenigmata, quæ in literarum et verborum lusu versantur, hæc sunt:

33. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 5. (de fumo):

Εἰμὶ πατρὸς λευκοῖο μέλαν τέκος, ἄπτερος ὄρνις,
ἄχρι καὶ οὐρανίων ἱπτάμενος νεφέων·
κούραις δ' ἀντομένῃσιν ἀπενθέα δάκρυα τίκτω·
εὐθὺ δὲ γεννηθεὶς λύομαι εἰς ἀέρα.

Recte Brunckius: «ambiguitas est in voce *κούραις*. *Κόρα* enim et pupillam oculi et puellam significat.»

34. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 20.:

Εἰ πυρὸς αἰθομένου μέσσην ἑκατοντάδα θείης,
παρθένου εὑρήσεις υἱέα καὶ φονέα.

«Addito *ρ*, centenarii numeri signo media in voce *πυρὸς*, habebis *Πύῤῥος*, Neoptolemi nomen, Deïdamiæ filii et Polyxenæ occisoris.» Brunckius. Cfr. Apollodor. III 13. 8. Paus. IV. 17. 4.

35. Anthol. cod Pal. l. c. no. 21. (eiusdem argumenti):

Ἐς μέσον Ἡφαίστοιο βαλὼν ἑκατοντάδα μούνην,
παρθένου εὑρήσεις υἱέα καὶ φονέα.

36. Anthol cod. Pal. l c. no. 31.:

Οἴνου τὴν ἑτέρην γράφε μητέρα, καὶ θὲς ἐπ' ἄρθρῳ
ἄρθρον, καὶ πάτρην πατρὸς ἄκοιτιν ὁρᾷς.

Buttmannus corrigit: *τοῦ πάτρη πατρὸς ἄκοιτις* et vides eum, cuius patria patris fuit coniux i. e. Homerum Smyrna natum. Explicationem huius griphi v. h. dissert. p. 14.

37. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 35. (*ὄνυξ, νύξ*):

Ἀνθρώπου μέλος εἰμὶ, ὃ καὶ τέμνει με σίδηρος·
γράμματος αἱρομένου δύεται ἠέλιος.

Cod. Pal v. 1. habet metro claudicante *τέμνει σίδηρος*; vocem *με* intrusit Chardon. de la Roch. magas. encycl. IV. 1. p. 95. quo molestus pleonasmus efficitur, nisi ὃ *καὶ* per *δι' ὃ* *propterea* explices Huschkius in anal. crit. p. 306. coniecit *ὁ καί*. Fortasse codicis lectio non est mutanda, metrumque vitiatum inscitiæ versificatoris imputandum.

38. Anthol. cod. Pal. l c. no. 47.

Εἵνεκα φωτὸς ἐγὼ φῶς ὤλεσα φὼς δὲ παραστὰς
φῶς μοι ὄπασσε φίλον ποσσὶ χαριζόμενος.

Laterna significatur. Luditur vocibus *φὼς* et *φῶς*. V. 2. *ποσσὶ χαριζόμενος* vir adstans lucem mihi tribuit pedibus inserviens i e. ut secure noctu procedere posset.

39. Anthol. cod. Pal. l. c no 105:

Εἰμὶ χαμαίζηλον ζώων μέλος· ἢν δ' ἀφέλῃς μου
γράμμα μόνον, κεφαλῆς γίνομαι ἄλλο μέρος·
ἢν δ' ἕτερον, ζῶον πάλιν ἔσσομαι· ἢν δὲ καὶ ἄλλο
οὐ μόνον εὑρήσεις, ἀλλὰ διηκόσια.

V. 1. codex Pal. *γένος*, quod ut in *μέλος* mutetur sensus exposcit. Vocabulum quod quæritur est *ποῦς*, unde fit *οὖς*, *ὗς*, *ς*.

40. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 106.:

Τέσσαρα γράμματ' ἔχων ἀνύω τρίβον· ἢν δὲ τὸ πρῶτον
γράμμ' ἀφέλῃς, ἀΐω· καὶ τὸ μετ' αὐτὸ πάλιν,

βορβόρῳ εὑρήσεις ἐμὲ φίλτατον· ἢν δὲ τὸ λοιπὸν
αἴρῃς, εὑρήσεις ἐπίῤῥημα τόπου.

V. 3. codex habet *με*, quod in *ἐμὲ* commutandum metri causa. V. 4. *ἐπίῤῥημα* metrum falsum est. Jacobsius ita versum sanare vult: *βραχύ τι ῥῆμα τόπου.* Idem pro *λοιπὸν* coniecit *λοῖσθον*. quod sane sensus postulat. Vox enim ænigmatis est *ποῦς*, unde fit *οὖς*, *ὗς*, *ποῦ*.

Cetera omnia ænigmata pentametris composita res ex mythologia aut ex antiqua historia desumptas tractant, ostenduntque studia et doctrinam eorum, qui hæc poematia fecerunt. Sunt autem hæc:

41. Anthol. cod. Pal l c. no. 9.:

Ἄνδρ' ἐμὸν ἔκταν' ἑκυρὸς, ἑκυρὸν δ' ἔκτανεν ἀνὴρ,
καὶ δαὴρ ἑκυρὸν, καὶ ἑκυρὸς γενέτην.

Andromacha loquitur, quæ Hectoris et Neoptolemi coniux fuit. Achilles interfecerat Hectorem, Neoptolemus Hectoris patrem, Paris Achillem (*δαὴρ ἑκυρὸν*), Achilles Etionem, Andromachæ patrem. Licentia in quantitate mediæ syllabæ vocis *ἑκυρὸς* pessimum versificatorem prodit.

42. Anthol. cod. Pal. l. c no 18.:

Ἕκτορα τὸν Πριάμου Διομήδης ἔκτανεν ἀνὴρ
αἴας πρὸ Τρώων ἔγχεϊ μαρνάμενος.

« *Διομήδης ἀνὴρ* est Achilles, Deïdamiæ coniux, quam erant, qui Diomediam appellarent. Vid. Eustath. ad Iliad. p. 453. 52.; *αἴας* non proprium est nomen sed ab *αἶα.* » Jacobsius.

43. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 23:

Νηρέος ὄντα με παῖδα φέρει γαιήϊος υἱὸς,
τὸν Στυγὸς ἱμερτοῖς νάμασι δυόμενον.

V. 1. codex habet *νίρεος*, quod nomen sæpius cum nomine *Νηρεὺς* permutatur Cfr. Jacobs. ad h. l. Buttmannus putat hunc sirpum significare piscem in catino argillaceo cum iusculo appositum. Sed fortasse est epigramma vide h. dissert. p. 16.

44. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 27:

Παρθένον ἐν πελάγει ζητῶν τὴν πρόσθε λέοντα
τηθὴν εὑρήσεις παιδοφόνου Ἑκάβης.

Sensum huius ænigmatis Jacobsius ita explicat: Thetis, quæ Peleum fugiens leonis speciem sumpserat, nunc est socrus Medeæ *τῆς παιδοφόνου*, quæ in beatorum insulis nupsit Achilli et quia e longinquis regionibus venit, *ἑκάβη* vocatur. Cfr. Apollon. IV. 811. seq. Apollod. I. 9. 28. Preller. mythol. Gr. II. p. 217.

45. Anthol. cod. Pal. l. c. no 28:

Ἐξ ἁλὸς ἰχθυόεν γένος ἔλλαχον· εἰς δέ μ' ἄεθλος
εἰς Διονυσιακοὺς οἶδεν ἀγῶνας ἄγειν·
καὶ δέμας ἐν σταδίοισιν ἀλειψάμενος λίπ' ἐλαίῳ
υἱέα μὲν Δηοῦς ὤλεσα χερσὶν ἐμαῖς·
δεύτερον αὖτε Γίγαντας ἀολλέας ἄλλοθεν ἄλλος
ἐκπέμπω πολλαῖς χείρεσιν ἑλκομένους.

Argumentum obscurum. Jacobsius de navibus cogitat, quæ multis remigum manibus moventur, sed totum hoc ænigma Oedipum exspectare addit. V. 2. Brunckius codicis verba *ἄγειν ἀγῶνας* recte composuit *ἀγῶνας ἄγειν* metri causa. V. 3. Jacobsius pro codicis *ἄλλος* scribere vult *ἄλλους*.

46. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 32.:

Κτανθεὶς τὸν κτείναντα κατέκτανον· ἀλλ' ὁ μὲν οὐδ' ὣς
ἤλυθεν εἰς Ἀΐδην· αὐτὰρ ἔγωγ' ἔθανον.

Nessus intelligitur, qui occisus Herculem occidit. Cfr. Sophocl. Trach v. 1159. seq.

47. Anthol cod. Pal. l c. no 33. (eiusdem argumenti):

Τόν με κατακτείναντα κατέκτανον, οὐ δέ μοι ἦδος·
θῆκε γὰρ ἀθάνατον τὸν κτάμενον θάνατος.

V. 1. cod. *τόν με κτείναντα* metro vitiato, recte emendavit Huschkius in anal. crit. p. 303. *τόν με κατακτείναντα*.

48. Anthol. cod. Pal l c. no. 38. (de Polynice et Eteocle):

Κτεῖνα κάσιν, κτάνε δ' αὖ με κάσις, θάνομεν δ' ὑπὸ πατρός·
μητέρα δ' ἀμφότεροι τεθναότες κτάνομεν.

Argumentum, a vulgari fabula diversum, sumptum est ex Euripidis Phœnissis. Cfr. Preller mythol. Gr. II. p. 253.

49. Anthol cod Pal. l. c. no 39.:

Νῆσόν τις καλέων μ' οὐ ψεύσεται· ὡς ἐτεὸν γὰρ
πολλοὺς ἐς κελάδους οὔνομ' ἔθηκεν ἐμόν.

Jacobsius putat Enceladum significari, cui Aetna cum tota Sicilia imposita est. *Πολλοὺς ἐς κελάδους* nullum habet sensum. Sententia poematii restituitur si *πολλῶν ἐκ κελάδων* scribitur. De ingenti sonitu et clamore Enceladi Aetnæ suppositi cfr. Virgil. Aen. III. 570. seq.

50 Anthol. cod. Pal. l. c. no. 43.:

Εἰμὶ πόλου μίμημα· δύω δέ με θῆρες ἄγουσι,
πρόσθε μὲν Ἠριγόνης, Πασιφάης δ' ὄπιθεν·
Ἡρακλέους ηρεμεν με συνευνέτις, ἡ δέ με Φοίβου
τείρει νύμφα φίλη πολλάκι δαιομένη.

Hoc ænigma Jacobsius in paralip. anthol. Gr III. 3. p. 713. ita solvit: Quid ænigma velit ex verborum interpretatione manifestum fiet. *Ἠριγόνης θὴρ* est *ὁ κύων*, cuius vocabuli significatio obscœna patet ex epigr. Stratonis 67, quod imprimis comparandum. *Πασιφάης θὴρ* est *ὁ ταῦρος*. Iam constat *ταῦρον* vocatum fuisse *τὸν ὑπὸ τῶν ὀρχέων τόπον*. Cfr. Valcken. ad Ammon. p. 40. Quibus perpensis non dubitabis significari *τὸ ὄσχεον*, quod *πόλου μίμημα* vocatur, aut ob formam, aut ob canem taurumque in eadem regione, tanquam in cœlo, conspicuis. V. 3. *Ἡρακλέους συνευνέτις* est *Ἥβη*. Quid in corruptis syllabis *ηρεμεν* lateat, dubium est. Huschkius *πειρᾷ* suspicabatur, Buttmannus *ἐρέφει με*. Jacobsius in paralip. anthol. Gr. III. 3. p. 714. *κομέει* coniecit, in comment. autem in anthol. cod. Pal. IV. p. 799. *τηρεῖ με* scribendum esse putavit, quæ coniectura maxime arridet, ut sensus sit: Hebe me custodit; quod de pilis accipiendum, qui partes pudendas ambiunt. Luditur autem in verbis similibus *τηρεῖ* et *τείρει*. *Φοίβου νύμφη* est laurus, qua utebantur in pilis amburendis.

51. Anthol. cod. Pal l. c. no. 44.:

Νυκτὶ μιῇ καὶ Τρωσὶν ἐπήλυθα, καὶ τὰ Πελασγῶν
φῦλα διατμήξας εἷλον ἄνευ δόρατος·
οὐ μὲν ὁ Τυδείδης, οὐδ' ὁ πτολίπορθος Ὀδυσσεὺς
τὸν θρασὺν ἐκ νηῶν ἔσθενον ἐξελάσαι
ἀλλὰ μένος καὶ θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων,
Ἀργείων στρατιὴν ὤλεσα καὶ Φρυγίων.

V. 1. codex habet falsum *ἐπήλυθε*. V. 3. codex *οὔ μιν*. Aenigma hoc significat *τὸν ὕπνον*, eiusque argumentum desumptum est ex Iliad. X

52. Anthol. cod. Pal l. c. no. 52.:

Ἦν ὅτε σὺν Λαπίθῃσι καὶ ἀλκίμῳ Ἡρακλῆϊ
Κενταύρους διφυεῖς ὤλεσα μαρνάμενος·
ἦν ὅτε μουνογένεια κόρη θάνεν ἐν τρισὶ πληγαῖς
ἡμετέραις, Κρονίδην δ' ἤκαχον εἰνάλιον·

νῦν δέ με Μοῦσα τρίτη πυρίναις Νύμφαισι μιγέντα
δέρκεται ὑελίνῳ κείμενον ἐν δαπέδῳ.

De vino agitur, quod Centauros (cfr. Preller mythol. Gr. II. p. 9. seq. p. 134. seq.) et Cyclopem (cfr. Odyss IX 360. seq.) perdidit. V. 3. *μουνογένεια κόρη* est oculus Polyphemi; *ἐν τρισὶ πληγαῖς* significat tria pocula Polyphemo ab Ulysse oblata, cfr. Odyss l. c. V. 4. *Κρονίδην* i. e. Poseidonem Polyphemi patrem, qui ob malum, filio allatum, tristitia affectus est. V. 5. *Μοῦσα τρίτη* est *Θάλεια*, qua epulæ significantur et convivia. Vocatur autem Thalia Musa tertia, quia Hesiodus in theog. v. 77. Thaliam ordine tertiam refert. *Πύριναι Νύμφαι* sunt Nymphæ e choro Bacchi, qui *πύρινος* dicitur quod in igne et flammis natus est; cfr. Preller mythol. Gr. I. p. 414. (ed. I.). V. 3. codex false *τρισὶν πληγαῖς*; *τρισὶ* Brunckius cum Stephano. V. 6. codex *δέρκεο*; Stephanus *δέρκεται*.

53. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 53. (*εἰς λύχνον*):

Ἡφαίστῳ ποτὲ Παλλὰς ὑπ' ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα
εἰς εὐνὴν ἐμίγη Πηλέος ἐν θαλάμοις·
τοὶ δ' ὡς οὖν λιπαρῇσι καλυφθήτην ὀθόνῃσιν,
αὐτίκ' ἐγεννήθη νυκτιπόλος Φαέθων.

Animadvertenda est singulorum nominum translatio. *Ἥφαιστος* ignem notat, *Παλλὰς* oleum, *Πηλεὺς* vas figilinum e *πηλῷ* factum, *ὀθόνη* funiculum stupeum, *νυκτιπόλος Φαέθων* lumen nocturnum.

54 Anthol. cod. Pal. l. c. no. 59.:

Υἷας πεντήκοντα μιῇ ἐνὶ γαστρὶ λαβοῦσα
φηλητῶν πάντων ἔκτανον ἡγεμόνα.
αὐτὰρ ὃ δὶς τέθνηκεν, ἐπεὶ δύο γαστέρες αὐτὸν
τίκτον, χαλκείη καὶ πάρος ἀνδρομέη

Hoc ænigmate Argo intelligitur. V. 2. codex absurde *μηλήστῶν*, ex quo Jacobsius *φηλητῶν* fecit; Argonautæ autem latrones nominantur, quod aureum vellus vi ceperunt. *Ἔκτανον ἡγεμόνα* Jason est qui, ut Medea ei imprecata est, reliquiis Argus mortem invenit, cfr. Euripid. Med. 1386. ibique Scholiasta, Preller mythol. Gr. II. p. 233. Verbis *ὃ δὶς τέθνηκεν* item Jason significatur, quem Medea mactaverat et cui coquendo (*ἀναψήσασα*) iuventutem reddidit. Idem Medea Aesoni, patri Jasonis et Nymphis Nysæis, nutricibus Dionysi una cum earum maritis fecisse

dicitur. Cfr Schol. Aristoph. eq. 1321. nub. 749. Eurip. Med. argum. Preller myth Gr. II. p. 231.

55. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 109.:

Ἐν πυρὶ κοιμηθεῖσα κόρη θάνεν· ὁ προδότης δὲ
οἶνος, ὑφ' οὗ δὲ θάνεν, Παλλάδος ἦν στέλεχος·
ὁ κτείνας ναυηγός· ἐνὶ ζώοντι δὲ τύμβῳ
κεῖται μεμφομένη τὰς Βρομίου χάριτας.
Παλλὰς καὶ Βρόμιός τε καὶ ὁ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
οἱ τρεῖς τὴν μούνην παρθένον ἠφάνισαν.

Oculus Polyphemi significatur. Intellectus huius griphi ex Odyss. IX. 370. seq. sumitur. *Παλλάδος στέλεχος* est *μοχλὸς ἐλάϊνος* cfr. Odyss. l. c. v. 378., quem Ulysses ad exurendum Polyphemi oculum adhibuit. V. 3. *ὁ τύμβος ζῶν* ipse est Polyphemus, qui Ulyssis socios devoravit V. 5. *Παλλὰς* est stipes oleaginus, *Βρόμιος* est vinum, *Ἀμφιγυήεις* ignis, nam Ulysses stipite oleagino incenso Polyphemi oculum exussit. V. 5. codex *Βρόμιος καί*; particulam *τε* interposuit Jacobsius suadente Hermanno ad Orphic. p 729

56. Athen. X. p. 455. D (ap. Brunck. anal. III. p. 317.):

Ἐν φανερᾷ γενόμαν πάτραν δέ μου ἁλμυρὸν ὕδωρ
ἀμφὶς ἔχει. μητὴρ δ' ἔστ' ἀριθμοῖο πάϊς.

Quod Athenæus ita interpretatur: claram (*φανερᾷ*) dicit ænigma Delum, quæ mari circumdatur. Mater vero Latona est Cœi filia. Macedones autem numerum cœum (*κοῖον*) vocant. Laudat hunc griphum etiam Eustathius in Odyss. VII. p. 256. 12 ex quo elucet v. 1. scribendum esse *πάτραν*, vulgo enim legitur ap Athen. l. c. *πάτρη*

Aenigmatum *ἀδεσπότων*, quæ iambis sunt composita, tria tantum exstant exempla, quæ omnia posterioribus temporibus sunt vindicanda.

57. Anthol. cod. Pal l. c. no 10..

Λέβητας ἔγνων μὴ σιωπᾶν εἰδότας,
πλὴν ἄρτια τὸν χαλκὸν ἠχεῖν προτρέπει,
ἀντικτυποῦντος τοῦ πρώτου τῷ δευτέρῳ,
καὶ μεταδιδόντος τῷ τετάρτῳ τοῦ τρίτου.
ἐὰν δὲ τὸ κινοῦν ἠρεμῇ καὶ μὴ πνέῃ,
ἄφωνος ὁ λέβης· τῇ φύσει γὰρ οὐ λάλος.
τῶν σῶν δὲ λεβήτων ἡ φύσις μὲν εὔστομος

νοῒ δ' ἐντυχοῦσα γίνετ' εὐστομωτέρα,
σιγῶσ' ὅταν δεῖ, καὶ λαλοῦσ' ὅταν δέοι.

Aenigma omni acumine carens; sonus lebetum oraculi Dodonæi comparatur et prudentia in loquendo commêndatur. V. 2. inconcinna est oratio; Brunckius, ut sententia resarciretur, *προτρέπειν* scripsit, ut sensus sit: præterquam quod (lebetes) apte aes sonans efficiant. Jacobsius suspicatur: *πνεῦμ' ἄρτια δὲ τὸν χαλκὸν ἠχεῖν προτρέπει*. V. 3. notabilis spondeus in quarto pede. Jacobsius suspicatur: *τοῦ πρότου* i. e. *τοῦ πρόσθεν κτυποῦντος*. V. 7. *τῶν σῶν λεβήτων* de hominis loquendi facultate dicitur. V. 8. codex *σοὶ δ' ἐντυχοῦσα*; Jacobsius sensu postulante scripsit *νοῒ δ' ἐντυχοῦσα*. V. 9. *ὅταν* cum indicativo et optativo positum, quod MS. habet, non est mutandum; constructio enim hæc sæpius apud recentiores invenitur. Cfr. Jacobs. ad h. l.

58. Anthol. cod. Pal. l. c. no. 110. (de somno):

Οὐδεὶς βλέπων βλέπει με, μὴ βλέπων δ' ὁρᾷ·
ὁ μὴ λαλῶν λαλεῖ, ὁ μὴ τρέχων τρέχει·
ψευδὴς δ' ὑπάρχω, πάντα δ' ἀληθῆ λέγω.

V. 1. ad *ὁρᾷ* supplendum est *οὐδείς*. V. 2. notandus hiatus. V. 3. item metrum vitiatum est, nusquam enim vocis *ἀληθὴς* prima syllaba producitur. Friedemann. quidem de med. syll. pent. p. 325. metrum sauciatum levi emendatione corrigi posse putat, ut pro *πάντα δ' ἀληθῆ λέγω* scribatur *τἀληθῆ λέγων*, sed codicis lectio haud dubio est retinenda nec menda mali poetæ sunt removenda.

59. Tertium ænigma *ἀδέσποτον* iambis compositum est illud de eunucho et vespertilione ap. Plat rep. V. p. 479. C. et ap. Athen X. p. 452. C pedestri sermone laudatum, quod grammatici posteriores in trimetros iambicos redegerunt. Duæ a se non diversæ exstant huius sirpi formæ, altera ap. Suidam s. v. *αἶνος*:

Ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ, ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιν
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην,
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βαλὼν διώλεσεν.

altera uno versu aucta, quam exhibuit ex nescio quo auctario ad Phædri fabellas Brunckius in notis ad analect. III. p. 308 :

Αἶνός τις ἔστιν, ὡς ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ
ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθ' ἰδών τε κοὐκ ἰδὼν

ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλεν τε κοὐ βάλε.

Ibidem hæc sirpi interpretatio legitur: *Εὐνοῦχος, στραβὸς ὤν, νυκτερίδα ἐπὶ νάρθηκος καθημένην κισσήρει βάλλει καὶ ἀστοχεῖ.* Eadem forma sirpi legitur ap. Eustath. Iliad. VIII. p. 599. 26. ubi post verbum *καθημένην*, licet metro reclamante, additum est *τε κοὐ καθημένην*. Cfr Casaub. ad Athen. X. p. 452. C.

Mihi videtur ænigma de eunucho et vespertilione, cuius satiricam formam nemo non videt a comico quodam esse compositum; formas tamen huius sirpi, quæ nunc exstant, haud dubie grammatici posteriores fortasse verba Platonis et Athenæi respicientes composuerunt [1]). Quod Athenæus l. c. Panacrem quendam, hominem aliunde ignotum, auctorem huius ænigmatis nominat, nullius est momenti, quum auctor deipnosophistarum haud raro pro arbitrio carmina auctoribus vindicet; ex. gr. Theognidi cfr. h. dissert. p 39.

Ad poesim ænigmaticam etiam pertinet carmen, quod vulgo certamen Homeri et Hesiodi dicitur. Notum est apud Græcos iam antiquissimis temporibus certamina musica quæ vocantur instituta fuisse. Hoc si non ex Hesiodi versibus op. 654. seq. (ed. Göttling.) quos multi spurios habent (inter antiquos iam Plutarchus, qui teste Proclo in schol. ad Hesiod. p. 142 ed. Heins. *πάντα ταῦτα ληρώδη* dixit) certe ex verbis Thucydidis III. 104. sequitur. Relictum est huiusmodi certaminum unum exemplum, quod quanquam posteriore ætate factum, verisimile tamen ad exempla antiquiora compositum est, dico certamen Homeri et Hesiodi. Iam hoc certamen fere totum ænigmaticis quæstionibus et responsionibus conflatum est. Quid, nonne ex hoc de aliis certaminibus, quæ inter scholas poeticas antiqui temporis fuisse nemo infitiatum ivit, concludere possumus? Quid si etiam apud alios populos, qui in primo statu culturæ versantur, similia certamina poetica per ænigmata invenimus, ex. gr. apud Germanos, quorum poetæ sæculi 13. Wartburgi agonem musicum inter se habuerunt, qui partim per ænigmata institutus est. Sed mittamus antiquiora Græcorum certamina ut strictius illud, quod exstat, perscrutemur. Certamen igitur hoc

---

[1]) Video iam Grauertium in dissert. de Aesopo p. 85. aenigma hoc alicuius comici poetae esse coniecisse.

Hesiodus cum Homero Chalcide in Amphiantis exsequiis, coram Panide rege, defuncti fratre, iniisse dicitur. In hoc agone Hesiodus Homero varias tortuosas quæstiones solvendas proponit, quas Homerus acute et sagaciter solvit. Hesiodus ita incipit [1]):

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, θεῶν ἄπο μήδεα εἰδὼς,
εἴπ' ἄγε μοι παμπρῶτα τί φέρτατόν ἐστι βροτοῖσιν;

Ὅμηρος.

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι.

Ἡσίοδος τὸ δεύτερον·

Εἴπ' ἄγε μοι καὶ τοῦτο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ὅμηρε,
τί θνητοῖσιν ἄριστον οἴεαι ἐν φρεσὶν εἶναι;

Ὁ δέ·

Ὁππόταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ
ἥμενοι ἑξείης, παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι.
τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Populus, qui certamini aderat, audita Homeri sapientia, laudibus eum extollit, qua re Hesiodus invidia commotus rursus tortuosam quæstionem proponit:

Μοῦσ' ἄγε μοι τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα·
τῶν μὲν μηδὲν ἄειδε, σὺ δ' ἄλλης μνῆσαι ἀοιδῆς.

quam quum Homerus ita expedivisset:

Οὐδέποτ' ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
ἅρματα συντρίψουσιν ἐρίζοντες περὶ νίκης.

ad aliud genus concertationis transeunt, quod ea lege nitebatur ut Hesiodus primus versum aliquem proferret, quem statim Homerus continuaret. Quum in hoc quoque periculo Homeri ingenium comprobatum esset, Hesiodus ad quæstiones ænigmaticas redit talique modo Homeri acumen exantlat:

Τοῦτό τι δή μοι μοῦνον ἐειρομένῳ κατάλεξον,
πόσσοι ἅμ' Ἀτρείδῃσιν ἐς Ἴλιον ἦλθον Ἀχαιοί;

---

[1]) Cfr. Hesiod. ed. Göttling. p. 243. (ed. I.) qui certamen Homeri et Hesiodi in sua editione Hesiodi excudendum curavit. Ex hac Göttlingii editione cito.

Ὅμηρος·

Πεντήκοντ᾽ ἦσαν πυρὸς ἐσχάραι. ἐν δὲ ἑκάστῃ
πεντήκοντ᾽ ὀβελοί, περὶ δὲ κρέα πεντήκοντα·
τρὶς δὲ τριηκόσιοι περὶ ἓν κρέας ἦσαν Ἀχαιοί.

Ἡσίοδος

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρ᾽ εἴπερ τιμῶσί σε Μοῦσαι,
ὡς λόγος, ὑψίστοιο Διὸς μεγάλοιο θύγατρες,
λέξον, μέτρον ἐναρμόζων, ὅ τι δὴ θνητοῖσι
κάλλιστόν τε καὶ ἔχθιστον. ποθέω γὰρ ἀκοῦσαι.

Ὅμηρος·

Ἡσίοδ᾽, ἔκγονε Δίου, ἑκόντα με ταῦτα κελεύεις
εἰπεῖν· αὐτὰρ ἐγὼ μάλα σοι πρόφρων ἀγορεύσω.
κάλλιστον μὲν τῶν ἀγαθῶν ἔσται μέτρον εἶναι
αὐτὸν ἑαυτῷ· τῶν δὲ κακῶν ἔχθιστον ἁπάντων
εὔνουν εἶναι ἑαυτῷ ἀεὶ χρόνον ἐς τὸν ἅπαντα.
ἄλλο δὲ πᾶν, ὅ τι τῷ θυμῷ φίλον ἐστιν, ἐρώτα.

Ἡσίοδος·

Πῶς ἂν ἄριστ᾽ οἰκοῖντο πόλεις, καὶ ἐν ἤθεσι ποίοις;

Ὅμηρος·

Εἰ μὴ κερδαίνειν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν ἐθέλοιεν·
οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ τιμῷντο, δίκη δ᾽ ἀδίκοισιν ἐπείη·
εὔχεσθαι δὲ θεοῖς ὅ τι πάντων ἐστὶν ἄμεινον.

Ἡσίοδος·

Ἐν δ᾽ ἐλαχίστῳ ἄριστον ἔχειν σ᾽ ὅ τι φύεται εἰπεῖν;

Ὅμηρος·

Ὡς μὲν ἐμῇ γνώμῃ, φρένες ἐσθλαὶ σώμασιν ἀνδρῶν.

Ἡσίοδος

Ἡ δὲ δικαιοσύνη τε καὶ ἀνδρείη δύναται τι;

Ὅμηρος·

Κοινὰς ὠφελίας ἰδίοις μόχθοισι πορίζειν

Ἡσίοδος·

Τῆς σοφίης δὲ τί τέκμαρ ἐπ᾽ ἀνθρώποισι πέφυκεν;

Ὅμηρος·

Γιγνώσκειν τὰ παρόντ᾽ ὀρθῶς, καιρῷ δ᾽ ἅμ᾽ ἕπεσθαι.

Ἡσίοδος

Πιστεῦσαι δὲ βροτοῖς ποῖον χρέος ἄξιόν ἐστιν;

Ὅμηρος·

Οἷς αὐτὸς κίνδυνος ἐπὶ πραχθεῖσιν ἕπηται·

Ἡσίοδος·

Ἡ δ᾽ εὐδαιμονίη τί ποτ᾽ ἀνθρώποισι καλεῖται;

Ὅμηρος

Λυπηθέντ᾽ ἐλάχιστα θανεῖν, ἡσθέντα τε πλεῖστα.

Quibus Homeri sapientiæ effatis auditis omnes Græci Homerum coronari iubent, rex tamen ut præterea uterque poeta optimum suorum carminum proferret exposcit. Quum etiam hoc factum esset Graeci admiratione Homeri capti tripodem, victoriæ præmium ei tribuere volunt, quod tamen rex prohibuit, tripode Hesiodum donans « quod æquum esset illum, qui ad agriculturam et pacem adhortatus esset, victoriam reportare, non illum qui bella narrasset. » Ita finitum est certamen Homeri et Hesiodi. Iniquum hoc et multitudini non arridens Panidæ iudicium Græci proverbio notarunt: *Πανίδου ψῆφος* enim de iis dicebatur, qui inerudite et minus sapienter iudicant [1]).

In eodem agone ludicra fabula de morte Homeri narratur. Quum enim Homerus oraculum Delphicum de patria sua sciscitasset, responsum una cum adhortatione accepit, ut iuniorum ænigma vitaret. Iam in insula Io quum aliquando ad mare ambularet, piscatores num quid cepissent, rogavit, qui ei noto de pediculis ænigmate respondent:

Ὅσσ᾽ ἕλομεν λιπόμεσθα, ὅσ᾽ οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Homerus hunc sermonem non intellexit, postquam autem a piscatoribus eius sensum cognovit, memor oraculi ut iuniorum ænigma vitaret, tertia die præ laterum dolore mortuus est.

Viri docti de hoc Homeri et Hesiodi certamine eiusque ætate in varias abierunt sententias [2]). Göttlingius in præfatione in Hesiodi carmina p. XI. (ed. I.) innixus verbis Plutarchi conviv. sept. sap. c. 10. hoc certamen cuidam Leschæ adscribit, quem tamen non confundendum esse cum antiquiore Pyrrhæo monet. Haud dubie grammaticus quidam Alexandrinus verba Hesiodi op. 654. (ed. Göttling.) respiciens, ubi victoriæ et tripodis Musis dicati meminit Hesiodus, certamen hoc instar antiquiorum certaminum confecit. Prima huius certaminis notitia invenitur ap. Plutarch. lib. V. quæst. symp. c. 2. ubi hic agon *ἕωλα πράγματα* ein mährchen von ehegestern ut Car. Friedr. Hein-

---

[1]) Cfr. Göttling. praefat. in Hesiod. p. XI. (ed. I.)
[2]) Cfr. Fabric. bibl. Gr. I. p. 570. seq. (ed. Harles.)

richius [1]) interpretatur, nominatur, deinde in Plutarch. conviv. septem sapientum c. 10. tum ap. Philostr. heroic. p. 227. (ed. Olear.) ap. Liban. in Socrat. apol. I. p. 653. ap. Themist. orat. 30. p. 349. et ap. Tzetzem proleg. in Hesiod.

Poesim ænigmaticam nec ultimis regni Byzantii temporibus neglectam esse, testes sunt quum Eustathius, qui multis locis de ænigmatis loquitur et ita quidem ut suam ætatem respicere videatur, cfr. imprimis Eustath ad Odyss. p. 1643. tum quatuor ænigmatum auctores, quorum nomina exhibet Fabricius bibl. Gr. XI. p. 698. (ed. Harles.). Ultima hæc ænigmata fere omnia versibus politicis sunt composita necdum omnia, quantum quidem scio, e Ms. in lucem prolata.

Auctores, quos Fabricius l. c. nominat, sunt hi:

1. Basilius Megalomites (de vita et ætate Basilii et aliorum posteriorum ænigmatographorum præter Michaelem Psellum nihil inveni) cuius ænigmata circiter XVIII. mspta. servat bibl. Bodleiana in codicibus Baroccianis LXXI. et CXI. — Basilii ænigma de literis, quod ad Antiphanei griphi imitationem (cfr. h. dissert. p. 47.) compositum est, habet Meinek. in fragm. III. p. 113 [2]):

Ἔστι τις φύσις θήλεια, φωνήεσσα καὶ λάλος,
καὶ βρέφη περικόλπια σώζει καὶ περικρύπτει.
ἄγλωσσα δὲ καὶ λαλιᾶς ἀδίδακτα τὰ βρέφη·
ἀλλ' ὅμως ἔντρανον (εὔτρανον) αὐτοῖς καὶ γεγωνὸν τὸ φθέγμα
κἂν τοῖς ποντίοις ὕδασιν οἷς θέλουσι λαλοῦσι,
καὶ τοὺς ἐν νήσοις φθάνουσι καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἠπείροις.
πολλοῖς δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῶν ἀκούειν καὶ παροῦσι·
τῆς δ' ἀκοῆς τὴν αἴσθησιν κωφὴν ἔχει τὰ βρέφη.

2. Michael Psellus (natus a. 1020. cfr. Fabric. bibl. Gr. X. p. 43. ed. Harles.) vir doctrina præstantissimus et Byzantiorum scriptorum maximus, quem Leo Allatius *πολυγραφώτατον* nominat, quod nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit, (cfr. Fabric. l. c.) ad poesim quoque ænigmaticam animum appulit. Aenigmata eius versu politico, singula etiam iambis sunt composita. Fabricius l. c. XI. p. 699. (ed. Harles.) hæc tria Pselli ænigmata exhibet:

Νοῦς ἢ ἄγγελος·
Ἔστι τι ζῶον λογικὸν, δέσποτα στεφηφόρε [1])
ὁρῶν οὐκ ἔχον ὀφθαλμοὺς, ἐκτὸς ποδῶν βαδίζον,
ἐστερημένον κεφαλῆς, ἀκέραιον τὰς φρένας,
πνεύμονος ἄτερ καὶ λοβῶν, καρδίας καὶ κοιλίας,
ἐστερημένον τοῦ παντός, τινος οὐ λελειμμένον.
Τί τοῦτο; φράσον, λέξον, ἔξειπε, δήλωσον, γράψον,
ὡς συνετὸς, ὡς νουνεχὴς, ὡς ὑπερφέρων πάντων.

Οὐρανός·
Σφαῖρά τις ὕπερθεν τῆς γῆς πετάλοις σκεπομένη
ὕπτιος ὑπανάκειται ὕδατος πεπλησμένη,
καιρῷ προσφόρῳ λάμπουσα, πάλιν μαραινομένη,
ἀλέαν ἀποτίκτουσα, σβεννύουσα τὴν ζέσιν·
τοῖς εὐπαθοῦσι πρόσφορος, τοῖς δυσπαθοῦσι πλέον·
νοσήματα γεννητικὴ, λυτήριον τῆς νόσου.
Τίς αὕτη, πορφυρόβλαστε; τῆς λύσεως τίς λόγος;

Ἐνιαυτός·
Εἶδον ἀῤῥήτοις ὄμμασι, δέσποτα στεφηφόρε,
νέον πρεσβύτην ἐν ταὐτῷ τέλειον, λελειμμένον·
ὑψιπετῆ καὶ χθαμαλὸν, κλονούμενον, ἑδραῖον,
φωτίζοντα, σκοτίζοντα, τέμνοντα, συνουλοῦντα·
τοὺς μὲν ἐκ γῆς ἀνάγοντα, τοὺς δὲ πρὸς γῆν κρατοῦντα
καὶ σώζοντα καὶ τῇ φθορᾷ τῆς ὕλης συμπηγνῦντα.

Præterea exstant ænigmata versu politico scripta:

3. Georgii cognomento *ἀφυοῦς* et

4. Euthymii, quæ cum S. Artemii oraculis inveniuntur in cod. LXXVI. bibl. Bodl.

---

[1]) Cfr. Car. Friedr. Heinrich über den wettstreit des Homer und Hesiod p. 148. in eiusdem libello de Epimenide. Lips. 1801.

[2]) Meinekius hoc Basilii aenigma ex Boissonadii anecd. Gr. III. p. 450. descripsit. Utrum Boissonadius alia Basilii aenigmata in anecdota Gr. assumpserit non comperi, quum copia Boissonadii libri utendi mihi deesset.

[1]) Michael Psellus aenigmata ad Michaelem Ducam scripsit. Cfr. Fabric. l. c.

Facere non possumus quin ad calcem disputationis nostræ mentionem faciamus problematum arithmeticorum, quæ primo obtutu ænigmata esse videntur et propter eorum cum ænigmatis similitudinem ab anthologiæ Græcæ cod. Pal conditore in unum librum cum ænigmatis congesta sunt. Sufficiat unum exemplum horum problematum apponere et explicare ut differentia eorum ab ænigmatis perspiciatur. Anthol cod. Pal. XIV. no. 1.:

A. Ὄλβιε Πυθαγόρη, Μουσέων Ἑλικώνιον ἔρνος,
εἰπέ μοι εἰρομένῳ, ὁπόσοι σοφίης κατ' ἀγῶνα
σοῖσι δόμοισι ἔασιν, ἀεθλεύοντες ἄριστα.
Πυθ. Τοιγὰρ ἐγὼν εἴποιμι, Πολύκρατες· ἡμίσεες μὲν
ἀμφὶ καλὰ σπεύδουσι μαθήματα τέτρατοι αὖτε
ἀθανάτου φύσεως πεπονήαται ἑβδομάτοις δὲ
σιγὴ πᾶσα μέμηλε, καὶ ἄφθιτοι ἔνδοθι μῦθοι
τρεῖς δὲ γυναῖκες ἔασι, Θεανὼ δ' ἔξοχος ἄλλων,
τόσσους Πιερίδων ὑποφήτορας αὐτὸς ἀγινῶ.

Polycrates, tyrannus Sami, Pythagoram de discipulorum numero quærit, qui ei respondet dimidiam partem eorum studiis mathematicis, quartam physicis operam navare, septimam autem silentem magistri doctrinam meditari, et præterea tres esse mulieres, e quibus Theano est omnium præstantissima. Sit numerus discipulorum x, ergo

$$\frac{1}{2}x + \frac{1}{4}x + \frac{1}{7}x + 3 = x$$

seu fractionibus ad eandem denominationem redactis

$$\frac{14}{28}x + \frac{7}{28}x + \frac{4}{28}x + 3 = x$$

$$\text{ergo } \frac{25}{28}x + 3 = x$$

$$3 = x - \frac{25}{28}x$$

$$3 = \frac{3}{28}x$$

Quum igitur 3 sint $\frac{3}{28}$. pars totius numeri discipulorum, sequitur, totum numerum fuisse 28. Erant igitur 14 mathematicæ, 7 physicæ studiosi, 4 erant meditantes et 3 mulieres.

Nostris quidem temporibus Græca problemata arithmetica, quorum maxima pars æquationes sunt primi gradus unius quantitatis ignotæ (no. 145. et no. 146. cod. Pal. lib. XIV. habent duas quantitates ignotas; no. 48 49. 51. 118. 132. 136. 144. 147. vulgaribus speciebus arithmeticis aut proportione computantur) ii, qui in mathesi sunt exercitati facile sine tabulis solvere possunt: at vero facilitatem computationis nostræ ætatis cum Græcorum vix comparare possumus. Veterum ratio et methodus solvendi problemata valde intricata et difficilis erat [1]), quapropter ænigmata esse non poterant, quorum vis in eo versatur, ut quæstiones propositæ statim solvantur. Nec usquam legimus eiusmodi problemata in quæstionibus ænigmaticis tractata esse. Finem eorum indicant verba in fronte lib. XIV. anthol. Gr. cod. Pal. apposita: *γυμνασίας χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γνῷς τί μὲν παλαιῶν παῖδες, τί δὲ νέων.* Hoc genus problematum igitur ad scholam et ad studium destinatum fuit, nec ullum commercium habuit cum symposiis et ænigmatis.

A d d e n d a *).

Simile certamen ac Homeri et Hesiodi narratur Calchantis et Mopsi vatum. Calchas enim quum Troia deleta Colophonem venisset, ubi in Apollinis templo Mopsus sacerdos fuit, cum Mopso agonem de arte vaticinandi per ænigmata iniit, cuius certaminis nonnulla exstant fragmenta. Quæsivit inter alia e Mopso quot grossos ficus quædam haberet; respondit ille, decies mille, modium et unam, id quod ita se habere compertum est. Tum vicissim ex Calchante Mopsus de sue quadam quæsivit, quot illa porcellos ferret; ad quam quæstionem quum non posset Calchas respondere, posset vero Mopsus. Calchas ex oraculo periit, quo fuerat illi mors indicata, quum primum in vatem se præstantiorem incidisset Hanc fabulam de morte Calchantis narrant Hesod. in Melamp. ap. Strab XIV. p 642. ubi hi Hesiodi leguntur versus:

---

[1]) Cfr. Jacobs. annotat. ad anthol. cod. Pal. IV. p. 794.

*) In fabulam, qua Calchantis mors exponitur, excusa iam maiore parte huius dissertationis, incidi; iusto ergo loco notitiam hanc huic opusculo inserere non potui, nec tamen eam omnino omittendam putavi.

K. Θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμὸν ἐρινεὸς ὅσσον ὀλύνθων
οὗτος ἔχει, μικρός περ ἐών· εἴποις ἂν ἀριθμόν;

ad quod Mopsus:

Μύριοί εἰσιν ἀριθμὸν, ἀτὰρ μέτρον γε μέδιμνος·
εἷς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπελθέμεν οὔ κε δύναιο.
ὣς φάτο· καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου·
*καὶ τότε δὴ Κάλχαντ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψε *).*

Pherecyd. ap. Strab. XIV. p. 643. (cfr. Sturz. ad Pherecyd. p. 171.) Callinus poeta ap. Strab. XIV. p. 668. Tzetzes in Lycoph. 427. 439. 980. Conon Narrat. VI. p. 127. ed. Westerm. Alii locum certaminis Gryneium in confinio Mysiæ et Joniæ situm nominant: Euphorion ap. Serv. in Virg. ecl 6. 72. (cfr. Meinek. ad Euphor. fragm. p. 102.) alii denique Mallum in Cilicia nominant: Sophocl. ap. Strab. XIV. p. 675. et Quintus Smyrn. XIV. 368. Ceterum mors hæc Calchantis, et haud dubie etiam eius certamen cum Mopso in Nostis celebratum est. Refert enim Proclus Calchantis adventum Colophonem eiusque mortem ibidem in Nostis descriptam esse. Cfr. R. Stiehle «die kyklischen nosten» in philologo a. 1853. p. 60.

Aliam de morte Calchantis narrant fabulam Eustath. ad Odyss. p. 1900. 26. et Tzetzes in Lycophr. 980. Hercules quum Geryonis gregem ex Erytheia abduceret, videretque Calchantem sub ficu sedentem interrogavit eum, quot grossos ficus haberet, ad quod quum ille respondisset decem medimnos et unam, Hercules autem unam illam frustra medimno imponere vellet, et Calchas subrideret, vates ab Hercule irato occisus est

Seneca in Medea v. 654. non Calchantem sed Mopsum in certamine illo inferiorem facit.

---

*) Dedi ex emend. Göttlingii. Cfr. eius Hesiod. fragm. no. CVIII.

I N D E X.